









*Jesu Omnia Tribuente.*

36 137.  
*Opus*

# PARATITLA

ad L. Juliam Majestatis :

1636,6.

*Opposita corruptelis Pragmaticorum &  
veteratoris competitorum artibus,*

Atque

SUB PRÆSIDIO

*Clarissimi & Consultissimi Viri,*

Dn. JOHANNIS OTTONIS

TABORIS, J. U. D. & P. P. Dn. PRÆ-

CEPTORIS, PATRONI, & FAUTORIS

SUI ÆTERNUM SUSPICIENDI,  
VENERANDI,

Publicæ & Solenni disceptationi  
proposita

*Ad Diem 9. Decembris*

à

JOH. HENRICO Schill / Durlaco-  
Marchico.



Typis JOHANNIS REPPIL,  
M. DC. XXXVI.



761  
*Illustrissimi Celsissimiq; Principis, ac  
Domini, Domini*

EBERHARDI Ducis Wirtembergiæ  
Serenissimi, &c. Aula Moderatori & Consiliario  
gravissimo.

DN. ASCANIO Burg von Stramehl.

NEC NON

*Illustrissimi, Celsissimiq; Principis ac Domini,*

DN. FRIDERICI March: Bad: & Hachberg. Serenissimi,  
Consiliariis itidem consummatissimis,

DN. ERNESTO FRIDERICO à Remchingen/Præfecto  
Aulae meritissimo;

DN. FRIDERICO vom Stein vom Reichenstein.

DN. GEORGIO FRIDERICO ROEDERERO  
à Diersberg.

DN. JOANNI GUILIELMO ABELIO, Camerae præ-  
fecto, Susceptori meo filiali amore prosequendo.

Omnibus Patronis & Dominis meis

*Magnificis, Nobilissimis, amantissimis.*

præterea

*Ornamento Nobilitatis Danicæ*

DN. OTTONI Kragt / literarum, equestrumq; exercitiorum gloriã  
ad summum Honoris apicem strenuè pergenti.

*Tum*

Nobilissimo Dn. IOH. CHRISTOPHORO à Wüingarten in Sret  
mersheim / Iuris politicisq; Studioso solertissimo.

Denique

*Præstantissimis, Humanissimiq; Viris*

DN. STEPHANO Dürren / lignariæ rei curatori spectatissimo.

DN. M. CHRISTOPHORO KERNMANN, Præceptoris Cla-  
sico, Hospiti fidelissimo,

*Fautoribus, & Amicis, colendis, diligendis  
eã qua patet observantiã*

*Disputationem hanc  
offert*

JOH. HENRICUS Schill





*Auspice, quo nihil est infelix,  
Auspice Christo.*

T H E S I S I.

**M**Ajestatis vocabulum unum est ex iis La-  
tinis, quibus nullum est in totâ Linguâ Gracâ  
par & ex æquo respondens: *Casaub. in Gallien. Pollionis c.14. n.39. μεγαλειότης* enim potius magnificentiam notat aut magnitudinem, quæ duo apertè distinguit *Plin. panegy. c. 42. (licet & hæc pro Majestate alibi sumatur, ut apud Tacit. German. c. 35.)* & ex vi vocis differunt haud parum. Magnitudo enim fit à magno: Majestas verò ab eo, quod majus est. *Casaub. d.l.* Græci verò alieno penè & mutuatio vocabulo, ad designandum hoc crimen, utuntur? *δοξείας* sc. vel *καδοσίωτος*: Impietatis & indevotionis. Latini pressius: Crimen Majestatis *l.1. pr. & §.1. l.5. l.7. §.1. l.10. h. t. l. 1. 2, 3. C. cod. l.1. C. de fals. monet. aut perduellionis. l. ult. h. r. Nov. 126. c. 1. & Nov. 134. c. ult. f. aliquando etiam Impietatis, appellant.*

II.

Etenim Majestas, si verbi proprietatem spectamus est solius Numinis. In Deo enim suprema potestas, & vel sola vera Majestas est. *Bachov. 2. d. Tr. 31. th. 1. lit. A.* Cum omnibus iis, quæ magna dici possunt, sit major. Atq; usurpatio est, cum Principibus tribuitur. *Casaub. d.l.* Multò magis, cum aliis, tum hominibus tum rebus: ut cum Majestatem Urbis, *Tacit. 1. Histor. 90. Orationis, Cic. 2. ad Herenn. & Dialog. de Amicit.* Et cum nostrates adjuncta Majestatis, ornamenta, thronum & reliqua insignia. *vide Besold. voce Maystått. thesaur. pract. & voce seq. Maystått Brieff* hac voce denotant. Hominibus autem aliquando singulis hoc Nomen additum reperias, propter virtutis cujusdam raræ opinionem. *vide Val. Max. l. 2. c. 10. Cic. 15. Fam. 5. aut prærogativam Magistratus, l. penult. de l. & l. 9. de jurisd. ibi Majestas Pratoria. Liv. l. 8. c. 30. ibi, Majestatem dictatoriam & disciplinam militaria-*



261

militarem à Magistro Equitum victam: & eod. lib. c. 34. ibi, stabat cum eo senatus Majestas, & c. seu Dignitatis, ut est apud Sueton. in Tib. c. 15. Liv. 3. hist. 11. ibi, & consules se abstinebant, ne cui in colluvione rerum. MAJESTATEM SVAM contumelia offerrent. & 5. Hist. 14. ibi, Majestate peitentium sc: tribunatum militum, & c. & 9. c. 26. ibi, Majestate honoris tutor. lib. 10. c. 24. P. Decius Consul, in concione ad populum, ait: se collega honores premiaq, concessurum verecundia etatis ejus, Majestatisq, Ita etiam sumi videtur in der Sächsischen Landesordnuna. Ducis Ernesti de Anno 1482. ubi de principali fastigio dicitur, Wir haben vnserer Maystatt Sigel dran hängen lassen. Aliquando Univerfis sc: collectivè sumptis, ut cum Pop. Romano Majestas à Cicerone, Livio & aliis attribuitur. Usus certè Politicorum vocem hanc ad summam in Republ. potestatem arctius restrinxit, ac crimen etiam Majestatis hujus proprium fecit: quemadmodum illud, quod adversus Deum committitur, sacrilegium distinctè dici cepit. Cui proximum criminen Majestatis accedit, l. 1. in pr. b. quia & caput istud Augustale divino Numini proximum est, & imaginem Divinitatis refert. Ex Alber. Tr. 1. Diss. 1. th. 6. A. atque ut Poëta canit;

Ad l. 1. b. r. pr.

Nullum Caput ista super se  
Aspicit, excepto Cælorum Rege, potestas.

Licet aliter de hoc pr. nugentur allegati à Farinacio. q. 112. n. 2.

III.

Majestatis autem crimen intelligere debent Juniores, non efficienter; sed objectivè sumpto vocabulo, ut subintelligatur prædicatum læsæ vel minutz, (quo pacto etiam alibi subjectum subaudiendum est, veluti in L. Julia repetund. quâ <sup>republicæ</sup> vindicatur. item Ad Municipalem sc: legē, & c.) quod à Jcto in l. 1. §. 1. h. describitur (crimen publicum) quod adversus Pop. Rom. (id est statum ipsum seu Rempubl. quomodo Flor. l. 4. c. 2. ibi, cum Romana Majestas toto orbe polleret. Liv. l. 38. in fœdere cum Ætolis. Imperium Majestatemq, Pop. Roman. Gens Ætolorum conservato sine dolo malo) vel adversus ejus securitatem committitur. Ubi vocem securitatis supino errore Bart. n. 2. ejusque sequaces magno numero allegati apud Farinac. q. 29. n. 12. pro salvo conductu acceperunt; nec abhorret ipse VVes. b. num. 3. cum imò salus & tranquillitas Populi Rom. seu Reipubl. designetur. Tacit. 1. Hist. 3. non esse Diis cura securitatem nostram, esse ultionem it. 4. Hist. 48. Capitol. in M. Anton. Philosoph. c. 8. ibi, interpellavit istam felicitatem SECVRITATEMq, Imperatoris prima Tiberis inundatio, quam

Definitio  
2010075

2



quam *φύλακην τῆς μοναρχίας* dixit Arist. 5, Pol. II. Custodiam, Liv. l. 4. c. 24. Tutelam Curt. l. 3. p. 314. Imperii prosperitatem. Imp. Henricus 7. *Extravag. qui sint Rebelles*. Et in armis & juribus consistere pronuciavit Imp. Justin. *pr. Const. de Iustin. Cod. confirm.* ut sensus sit, crimen hoc committi, quando vel status directò vel indirectò per latus jurium Majestatis petitur, modis à lege notatis. Atque idè rectè tuetur definitionem hanc contra Gigantem Farinac. q. 112. n. 8.

IV.

Enimverò cum Majestatis Nomen ad humana relatum, item vel concretivè sumatur, & in sensu complexo, ut semper eos, qui summam in Republ. potestatem sustinent, includat, *locis supra-dictis*: vel abstractivè, citra complexum personarum (realem Majestatem vocant) atq; hîc, interim significet ipsum *τὸ πολιτικὸν κέρον, καὶ τὸν ἄριστον ἕσπονδον*, statum & potestatem summam l. 3. h. ibi, qui *Majestatem publicam læserit*. Liv. II. c. 55. Parum tuta Majestas sine viribus. Interim *τὸ κέρον ἀξίωμα* prerogativam, dignitatem, & jura summæ potestatis, *quorum referri forte potest locus Trebellii Pollionis, qui tor-tuctus Criticorum in simpulo excitavit, in Gallieno c. 14 ubi de Valeriani genere ait constare, non satis de dignitate, vel ut alii loqui ceperint de Majestate* Arnif. l. de Jurib. Majest. c. 1. num. 1. & 5. pro diversitate Objecti crimen etiam distinctum fuisse putamus: Ut priori casu, cum quis hostili animo vel adversus statum Reipubl. vel eos qui Reipubl. cum summâ potestate præsent, animatus est, gravius Crimen committere dicatur: Posteriori casu, cum quis, jura, prerogativam, & dignitatem Principis vel Reipubl. dolo attentat, levius delinquere censetur *arg. l. ult. h. t. l. 10. §. 1. de quest.* Prior Criminis species perduellionis, *(quod vocabulum & penam & crimen significat, vide Rosin. 9. Antiq. 26.)* seu perduellionatus dictum, *vide Horroman. voce Majestatis*, præpositione intensivâ, significatum vocis augente, quasi inter necinum planè malum Reipubl. intentet facinorosus: Eodem modo quo arenarii per duella alter alterius excidium moliantur; quomodo Fe-sus etiam perduellem dictum tradit, qui pertinaciter hostilem animum retineat. Longè utiq; melius, quam Gl. ad l. ult. h. quia in hoc crimine probatio per duellum recipiatur: quod & falsum est, & parum stringit; Paulò feliciter Farin: q. 113. disp. 8. n. 249. quasi perfectè ad duellum instructi sint perduelles. vide *infra th. 10.* Posterior species in Generis Nomine acquiescit: quod Majestas, h. est, ipsa Dignitas status appropriatè lædatur, dum minuitur; & juribus, axiomati, & prerogativæ Reipubl:

*Distinctio Criminis:*

Q.

Q.

A 3

aliquid



aliquid detrahitur. Resolvitur enim vis principatus eò magis, quò  
plura ad alios revocantur. Tacit. 1. A. 6.

V.

- Quibus ita positis apparet (1) distinctionem harum specie-  
rum non solum sumendam esse ab hostilitate seu hostili animo, ut  
nonnulli tradunt: Sed simul etiam ab objecto quod læditur. Non  
enim si quis, hostili licet in principem animo, statum Principis  
venderit, quod eam odio Principis in rebus suis amplius esse no-  
lit, (quomodo Marcellus Bithynia prætor apud Tiberium accusatus fuit,  
quod cuidam statue, amputato Capite Augusti, effigiem Tiberii indidit;  
ad quod facinus Tiberius quidem magnoperè exarsit; sed tamen Reum  
Majestatis absolvit. Tacit. 1. Annal. 74.) aut infesto in Principem ani-  
mo atrociter verba effutiverit, propterea perduellionis crimine cen-  
setur: nec si quis hostili animo careat, sed vel pavore vel pusillani-  
mitate suà commotus exercitum deseruerit, vel malè gestâ Republ.  
Majestatem Pop. Romani minuerit, idè minus perduellis erit, ut  
in seqq. ostendemus, *th. 19. n. 3. & th. 22. n. 19.* Nec (2) in Cujacii  
doctrinâ huc tunc quis subsistat, qui Perduellionem solum eâ specie  
definit, quâ quis sumtis armis adversus Rempubl. vel Principem re-  
bellionem movet: Reliquas omnes species ad crimen levius remit-  
tens. Cum imò plures omninò sint species, quam Rebello & vis  
armata, quibus perduellio perpetretur, quod itidem ex seq. patebit.  
Neque aliunde hæc res est definienda, quam ex sanctione Impera-  
toris, quam ille speciem ad hoc vel illud caput retulerit. Denique  
(3) multò magis illorum opinionem esse reprobendam, patet scilicet,  
qui eum, qui Principis Personam, odio privato petat, crimen itidem  
levius perpetrare autumat. *Trentl. 2. disp. 31. th. 1. lit. D. ipse Bachov. d.  
th. lit. A. Harpr. ad §. 3. Inst. de publ. iud. n. 11. Contra l. ult. h. & l. 10. §. 1.  
de pæn. Contraq. manifestam rationem, quod in Personâ Principis non  
possit non salus etiam Reipubl. periclitari l. 1. C. de veteran. l. 12. Suet. in  
C. Jul. Cas. c. 86. ibi, Reipubl. interesse, salvus uti esset. Quo collineabat  
simplex illud votum pro salute Principis, quo veteres Pacem, concordiam, se-  
curitatem, opes & honores complectebantur, apud Plin. Panegy. c. 94. Se-  
nec. consolat. c. 26. & alibi.*

V I.

Atque ad eò hanc ipsam ob causam, quod scilicet in salute regnan-  
tium & securitate Reipubl. ac Maiestate salus & incolumitas omniù  
& Procac. consisteret & singulorum, crimen hoc omni tempore pro detestabili  
habitu.

Causa exter-  
na: Finalis  
& Procac.



170  
habitu, gravissimisque pœnis coercitum fuit. Nam & ante ll. 12.  
tabb. hoc crimen severissimè coercitum fuissè ostendunt Exempla, *Nec non effi-*  
quæ è C. Sigonio congestit Rosin. 9. Antiq. 26. & postea tabulis illis 12. l. 3. *ciens & ori-*  
b. Idem l. 3. de secund. part. l. 8. ac porro post illas Gabiniâ, Apuleiâ, Vale. *go Legit.*  
riâ, Corneliâ, id. eod. l. 23. ubi pari L. Corneliâ. Pop. Roman. usq; ad  
Cæsarem dictatorem usum esse, scribit. Hunc autem leges tulisse,  
ut de vi & Maiestate damnatis aqua & igni interdiceretur, aliam esse  
L. Juliam illam, quam C. Octavius Augustus tulerit, cuius mentio  
fiat & summa reperitur in libris nostris. *Hæc Rosinus.*

VII.

Sed ut prius illud Rosino facillè largimur: ita posterius diffi-  
culter concedimus: Prius enim illud evidenti Ciceronis loco, non  
tam in Orat. in Pison. quem vulgò etiam huic fini adducunt, *Harpr.*  
ad §. 3. *Instit. de publ. jud. n. 8.* Ibi, enim Lex Cornelia Maiestatis, non  
Julia nominatur (*verba ita habent, ausus es educere Exercitum, bellum*  
*tua sponte gerere, in regnum iniussu Populi aut senatus accedere, quæ*  
*cum plurimæ leges veteres, tum lex Cornelia Maiestatis, Julia de pecuniis*  
*repetundis (quæ indubie à Jul. Cæsare lata, Sueton. c. 44.) planissimè da-*  
*mnant.* quàm orat. 1. Philippic. quàm Cic. longo tempore post habuit,  
testimonio nititur; Ubi paulo à medio d. Orat. 1. clarissimis verbis te-  
statur, inter alias etiam Jul. Cæsarem eas leges tulissè, quæ jubeant  
ei, qui de Vi, itemque ei, qui Maiestatis damnatus sit, aqua & igni  
interdici. *Confer loc. Sueton. infra th. 20. n. 11. Unde etiam frequens*  
*L. Juliae mentio, quæ propriè illam designat l. 3. 6. & ult. hic Nititur*  
etiam eo argumento, quod utriusque L. de vi, inquam & Maiestatis,  
plura Capita ferè æ qui pollent, quia sc. ut eod. loco Cic. ait, *per vim Ma-*  
*iestas populi minuitur, itemque similitudine supplicii veteris: de quo*  
*Cuiac. ad Paul. 5. sentent. 29. Wes. in paratit. h. n. 7. Denique Antecef-*  
*forum nostrorum assensu, Duaren. Cont. Decian. Gothofr. Vult. C. I. A.*  
*hic. th. 1. Bachov. Comment. Instit. paulò aliter VV. semb. d. loc. Antonium sc.*  
*(for san legas Tiberium: citat enim Tacit. 1. Annal. ubi c. 11. simile aliquid*  
*de Tiberio) ex actis Cæsaris L. protulisse, & à Iulio Iuliam dixisse. A Tiberio*  
*certè l. hanc reducè. um & retractatam memorat Tacit. 1. A. 72. imò severis-*  
*simè exercitum fuisse Sueton. in Tib. c. 58 Tacit. d. c. 72. longius abit Mar-*  
*cell. Donat. in 3. A. Tacit. 25. (qui ab ipso Augusto in honorem Iulii*  
*ita nuncupatam tradit) possit etiam dubitandi causa opponi, quod*  
*Tacit. d. 1. A. 72. idem Tiberii tempore huic legi nomen, quàm apud*  
*veteres fuissè tradit, & 2. A. 50. etiam tempore Tiberii legem Maiesta-*  
*tis sim.*



89  
tis simpliciter nuncupat, & L. Iulia de Adult. opponit. Quod & Plin.  
panegy. c. 42. pr. usurpat, quasi posteriore demum aeo, Iuliae cogno-  
mentum accesserit: sed hoc Philologis relinquimus: Causas inter-  
nas, in subiecto, objecto & modo hujus criminis prosequuntur.

VIII.

Subiectum  
& quomodo  
hoc crimen  
committat.

Q. Circa subiectum seu eos qui crimen hoc committunt, duplex  
occurrit dubitatio de summis, inquam, & extraneis (Neque enim  
reliqua, trita satis, ex aliis, transcribere libitum est) Etenim cum pauld  
ante Maiestatem regni & regis distinxerimus, & hanc illi obstringi  
Politici latius ostendant. *Besold. de iure Majest. sect. 1. c. 1. n. 6.* Quæritur,  
si Princeps non tam in privatos tyrannicè sæviat, (quæ questio al-  
terius loci est) quam ipsius Reipubl. excidium machinetur (quomodo  
Caligula & Senatui & Equestri ordini & plebi, hoc est, toti populo  
Romano tam infestus erat, ut ei unam cervicè, tyrannicà manu mox  
amputandam optaret. *Sueton. in Calig. c. 20.*) Annon hic (cum Cali-  
gula d. l. c. 22.) itidem pro Monstro non pro Principe habendus,  
adeoque huius L. dispositioni suppositus sit. Quomodo Maximim-  
num ab exercitu more illius ævi Imp. electum, hostem judicavit Se-  
natus. *Capitol. in Maximin. p. 1019.* acclamante senatu, ut tanquam ho-  
stis senatus in crucem tolleretur, aut vivus exiret. Et ex eod. fe-  
rè capite. *Johanna Neapolitana An. 1348.* morte adfecta fuit; ideo,  
inquam, quia externas vires ad opprimendum regnum introduxif-  
set. *Thuan l. 86. p. 111. Plura Exempla & declarationem eius thematis vi-  
de apud Reinking. l. 1. Class. 1. de R. S. n. 40. & 76. c. 5.* neque enim hac desi-  
nare in presentiarum libet.

IX.

Q. De Extraneis magno consensu hætenus traditum est, Cri-  
men hoc ab iis & aded ab aliis, quam à subiectis non committi. *Gail.*  
*2. de P. p. 13. n. 19. Farinac. cum allegat. q. 112. n. 257. Gigas sub rubr. qua-*  
*liter & a quibus. q. 3. (sibi penè contrarius in Rubr. quis de Crimine L. M.*  
*cognoscere possit, n. 11. ubi dicit Imp. posse contra non-subditum ex hoc cri-*  
*mine procedere, si deprehensus fuerit. Non item si reus non-subditus etiam*  
*absens fuerit: nec absimiliter Farinac. d. q. 112. n. 255. ibi, poterit procede-*  
*re contra delinquentem presentem & carceratum: non autem contra con-*  
*tumacem & absentem. Credo quia iuxta ll. Nor. nemo est suspendendus,*  
*nisi ad manum fuerit: Et Liberi sunt pronuntiandi cum Carone & Imper.*  
*Hadriano, qui teneri non possunt. Spartian. in Hadr. c. 5.) Unde etiam*  
*in libellis, citationibus & proscriptionibus solet hoc veluti funda-*  
*menti*



127  
menti loco substerni & præmitti, **W**iewol ein jeder Underthan/Land-  
sasz vnd Vasall nach Ordnung aller Rechten/Götter/Geist- vnd Welt-  
lichen Gebott vnd Verboht schuldig vñ verpflichtet/ seinem von Gott vor-  
gesetztem Oberhaupt/Landsfürsten vnd Lehen-Herren/getrew/gehorsam  
vnd hold zu sein/ deren nutzen vnd frommen zusehndern/ schaden vñnd  
Nachtheil zuwehren vnd zuwenden/ *ic. vel hoc modo*, ob wol jeder  
männiglich bekant/ wie hoch N. N. an vns verpflichtet vnd verobli-  
giert/ nicht allein weil er vnser Vasall vñnd Underthan ist; sondern  
auch darumb/das er manchmal wolthaten von vnserer Hand empfan-  
gen &c. in processu Novissimo R. H. contra Com. Henric. B. apud  
M. M. p. 594.

X.

Enimverd sententia ista merito fuit reddita suspecta Alberico  
Gentili *diff. 5. C. ad l. Jul. Majest. p. m. 98.* (1) Generalitate & virtute  
voci, *Quisquis in l. 5. C. h. t. quæ utique non civem modò, sed & pe-*  
*regrinum continet.* (2) *textu, l. 3. de off. pref. ibi,* nec distinguitur,  
unde *sunt.* (3) Inductione ipsius *l. 5. C. h. t. ibi,* cum militibus vel  
privatis vel Barbaris: quales tum fuere, Gothi Vandali & cæteri po-  
puli à Stilicone & Rufino adversus Imp. concitati (4) Quia  
Imp. hoc voluisse censendi sunt, cum tam anxie salutis suæ cave-  
rint: sed & potuisse, cum Extranei etiam ex delicto forum sortian-  
tur. *l. 7. de captiv.* (5) quia nec rationes dissentientium momen-  
tum aliquod habent. Non (1) illud, quod Magistratus extra ter-  
ritorium consideretur, velut quilibet alius, non ut Magistratus:  
(quamquam nolimus cum Gentili respondere, se loqui de Principe  
nò posito extra regnum suum: quia locus non mutat personæ quali-  
tate; sed vim potestatis sufflaminat.) Possum<sup>9</sup> enim antecedens sim-  
pliciter inficiari, cum Essentia Majestatis non dependeat à loco vel  
æstimatione alterius: & Apostol. omnè animã obstringit ad honorè  
& cultû potestatibus debitum. *v. Bernh. epist. 42.* Non (2) illud Bro-  
cardicum, quod in pœnalibus strictissimè sit faciendâ interpretatio:  
Nam ea regula in dubiis; non item contra aperta L. verba & ratio-  
nem procedit. Et imò Crimen Majestatis est inter Exempta & Ex-  
cepta, in quibus communes Juris Regulæ non militant. Non (3)  
quod Majestas sit relatum nomen, & ad subditum respiciat, *quod &*  
*Bachov. 2. diff. 32. th. 1. lit. B. urget.* Posito enim, quod Albericus non  
concedit, esse Majestatis vocem unam *in röm. regis r. vid. s. th. 4.* Re-  
fertur ea tamen non solum ad minores, subditos; sed ad omnes infe-  
riores

B

riores



157  
riores vitæ ordines. Et licet forsitan constitui initio non possit, nisi ad sint subditi: constituta tamen his quoque subtractis, durat, & ad omnes porrigitur. nisi quis Davidi etiam Exuli Maiestatem negare velit; aut nesciat Regum Maiestatumque cultum Jure Gentium frequentari: Non denique (4) occasio & fundamentum hujus Erroris (Vix enim antehac quisquam id decreverit:) Clement. Pastoralis de sent. & Re. Jud. quæ cum de nullitate Imp. cujus, ut pote qui omnem animam à Deo subiectâ habet sententiæ merito stamus, Extrav. ad reprimend. Quo modo in L. M. C. procedatur, potius quam obloquutioni inferioris, in odium Imp. & fraudem Imperii emissæ) obiectet, plena est ipsa nullitatum, ut Alberic. ibidem ostendit. Certè rationes continet satis leves, uti Anno 1537. in responsione sua ad Hel-dum protestantes sunt loquuti ordines, apud Sleid. l. XI. E' quibus utique præcipua nullius momenti, ibi, non subditus alienam Maiestatem non agnoscat tanquam Maiestatem. Ergo eam non ledit. Quali verò iterum Essentia Maiestatis dependeat ab alterius æstimo: quasi facinorosus contemptu suo vel causam possessionis vel qualitatem rei læsæ mutare possit, atque rem sacram habere pro profana, ne ut sacrilegus puniatur; quo obtentu Assassinus ille Henrici IV. negabat se Maiestatem læsisse, quam in illo non agnoscebat. Quin & limitatio ipsa de reo capto, frivola est, ut supra dictum, & crimen cum executione criminis confundit, tam Clement. quam Dd. eam sequuti. Quid quod Clementina videri potest, non simpliciter sententiam Imperatoris reprobare, sed ex eo saltem fundamento, quod is Neapolitanum Regem damnaverit, ut subditum, qui subditus non sit: Non quia criminis Maiestatis extraneus damnari nequeat. Quæ omnia latius deduxerunt Britannici regni ordines in executione Mariæ Stuartæ Scotiæ Reginæ. Anno 1556. Londini coram 400. Judicibus tanquam perduellis ad mortem damnatæ. uti præter scripta seorsim edita, exponit Thuan. l. 86. Hist. sub Anno 1587. p. m. 111.

XI.

Pronunciat equidem Bachov. 2. disp. Treutl. 32. th. 1. B. p. 1. 2. 23. Rationes Alberici nullius ponderis: neque tamen sua opera pondus omnino excutit. Nam quod ad primum & secundum concedit in Extraneum etiam animadverti: sed non eadem atrocitate manifestè concedit subiecti generalitatem; eoque & prædicati, vel invitus consequentiam largiri cogitur, per Brocard. Dd. apud Kubach. Brocard. 6. 13. n. 6. hoc est, pœnas in Republ. reis Maiestatis impositas. Neque juvat



172  
juvat instantia ex loco Senecæ, quem Bachov. laudat, nec indicat (est autem apud Rhetor. controvers. 34. inc. læsæ Religionis) Ubi dicitur, non ages mecum Reipubl. læsæ, si senatorem Atheniensem occidero, sed cædis. Agitur n. ibi de cæde Parrhasii, qui captivum Olynthium emerat, & Athenas ductum torserat, ut ad morientis figuram, Promethei effigiem pingeret; quam postea in templo Minervæ dedicavit. ob id religionis læsæ postulatus. Hunc Rhetor sub Gallionis personâ exculans, inquit: perperam læsæ Religionis Parrhasium accusari, cum nec Reipubl. læsæ possit argui: Nihil enim Reipubl. perdidisse: perdidisse enim senem unum Olynthium. Ac si maximè Atheniensem perdidisset, neque tamen propterea Rempubl. ne dum religionem læsisset. Fac, inquit, Atheniensem. Non ages mecum Reipubl. læsæ; si Atheniensem senem (alii legunt senatorem) occidero; sed cædis. Hæc Seneca. Quod si maximè vocem senatoris retineas: nulla tamen alia quam hæc exibat sententia, si maximè Parrhasius civis & pictor Atheniensis, senatorem Atheniensem, artis suæ studio occiderit, non tamen Reipubl. læsæ posse conveniri; sed cædis; quæ sententia nihil cum nostro casu commune habet, nedum ut illi repugnet. sc: separat Rhetor crimen à crimine, planè ut eod. lib. 6. controvers. 33. Lenones crudelem rem facere dicit, quod cogant invitæ stuprum pati, neque tamen Rempubl. lædere. Quid quod idem autor controvers. 25. inc. Flaminius: planè ad nostrum dogma; non à quo fiat rem pertinere, dicitur, sed quid fiat. Denique ait Bachovius qualitatem criminis facere, ut eo extraneus non teneatur. Regeo, qualitatem criminis in Extraneo etiam poni: consistit enim illa in hostili animo adversus Maiestatem. l. ult. h. t. Hinc Hostes etiam perduelles dicti. l. 234. junctæ l. 118. de V. S. At, inquires, ita omnes Reipubl. hostes læsæ Maiestatis rei sient? Distinxi an Respubl. arma moveat contra Rempubl. an privatus contra illam. Priore casu habebit locum illiusmodi Juris regula, Privilegiatus contra privilegium non utitur privilegio l. 8. ibi, coequalitas enim honoris fortior omnium videtur privilegio. ff. de Excus. In privato aut Reipubl. quæ præter jus securitatem istius lædat, non improprie dici statuam. Quomodo hostes devictos, in primis fœdistragos Romani virgis cedere & securi percutere soliti. Liv. l. 9. c. 24. & passim: atque sub initium hujus sæculi Respubl. Genevensis eos, qui in plenâ pace ausi sunt Reipubl. everfionem machinari, licet alterius fori homines, suspendio multarunt. Anno 1602. Serres. p. m. 813. Quid quod pleræque



l. 4. h. r. species non tam civibus quam peregrinis conveniant. Denique non obstat *Extravag. ad reprimendum. Quam in C. L. M. proced. & Extravag. c. quoniam. Qui sint rebelles.* Nam Rebellionis vox aliquando specialiter sumitur, pro infideli & subdito, qui datam fidem rumpit; aliquando generalius, pro non subdito & communis pacis turbatore: quomodo *apud Liv. l. 10. c. 16.* Samnites profitentur se petiisse pacem à Pop. Roman. cum bellum tolerare non potuerint, *rebellasse* id est, denuò bellum movisse, cum pax servientibus gravior, quam liberis bellum fuerit. *Atq; ita etiam sumitur d. lib. c. 31. & alibi passim.* Vnde Farin. ipse fatetur: perduellionis crimen committi etià à non-subditis: Rebellionè, sc. specialiter d. non nisi à subditis, q. 113, n. 255.

## XII.

Et hæc de Laicis. De Clericorum verò exemptione utcumque aliàs satis ambitiosè loquantur Canones; in isto tamen Crimine manum largiri videntur. c. *perpendimus 23. de sent. Excommunic. c. si quis Laicus 22. q. 5. Petr. Theod. disp. 5. th. 5. lit. A. Diss. H. Gigas & Dd. ab eo citati, sub rubr. Quis de Crim. L. M. cognoscere possit p. 143. n. 12. ubi negat Imperatori licere contra Clericum ex hoc crimine procedere.* Contrarium utique delegati Regis Gallie Henrici III. Archiepiscopo Lugdunensi ad interrogaciones super C. L. M. obiecto, respondere detrectanti (eo pretextu, quod regii Iudices de causa Archiepiscopi cognoscere non possint) & imò privilegium sacro ordini concessum in C. L. M. cessare ostenderunt. *Thuan. l. 93* In quam sententiam etiam animosè respondit Pontifici Claudius Angenæus, Cænomanorum Episcopus vir *sanctimonia vite, ut Thuan. loquitur l. 94. eruditione & rerum agendarum peritia prestans, Henrici III. ad Sixtum 5. Legatus: De Episcopis & sacris personis omnem cognitionem in iis, quæ ad ipsorum functionem pertinent, ad Pontificem spectare, neque id ambigi; sed eosdem ratione bonorum & locorum, in quibus degunt, principibus obsequium debere, & eorum jurisdictioni in causis, quæ publicam tranquillitatem respiciunt, subesse. Neque in id Jurisdictione Principum exemptos esse ut liceat illis impunè, spretà Principum autoritate, seditiones & rebelliones excitare. Hæc ille. Exemplum in Iacobo Clemente Dominicano Henrici III. assassino crate tracto atque equis discerpto. Anno 1589. notum est, & extat apud eundem Thuan. l. 96. Idem ferè postea priori Dominicanorum Edmundo Burguino, Clementis factum non obscure probante, accidit Anno 1590. narrante Thuan. l. 97. Ita eodem Anno in Gallia Silvanecti 27. sive Monachi, sive alii è sacro ordine, nulla characteris aut fori præscriptionis*



173  
his ratione habita, utpote in flagranti crimine prodendæ urbis  
deprehensis, tanquam perduelles extremo supplicio affecti leguntur  
apud Thuan. l. 99. &c.

XIII.

Et hæc quidem dubitationes ex conditione aut statu vitæ oriun-  
tur; sed & ex animi habitudine circa furiosum quæritur, an etiam is  
hujus Criminis reus possit peragi? Quæstio ista in primis Ann. 1586.  
sub Imperio Henrici III. in Galliâ agitata fuit; cum Franciscus Bri-  
to, quondam Curia Advocatus, plebem verbis & libellis ad seditio-  
nem concitasset, ac licet manifesta furoris extarent indicia, exempli  
tamen causa suspensus esset: teste Thuan. l. 86, qui tamen hoc minime  
probat; sed juxta consilium Parlamenti Parisiensis homini insano parcen-  
dum fuisse monet, plane ut Bodin. l. 2. de Repl. s. n. 211. improbat suppli-  
cium Capitonis hominis furiosi, qui in Henricum II. gladium strinxerat,  
quam in rem facit textus, quem ille citare voluit. (citatur n. l. illicitas) in l.  
divus. 14. de Off. Præf. l. infans. de scar. Ad cujus L. normam cum A. 160. s.  
quidam Johannes Infolanus Silvanectensis regem Henricum IV. à  
venatu reducem, & pallio involutum à tergo aggressus esset, & vi at-  
tractum in tergum Equi resupinasset, quia pro furioso haberetur,  
non alia quam carceris, in quo aliquanto post obiit, penâ mulctatus  
est. Thuan. l. 134. & iam olim Hadrianus Imp. cum apud Tarraconem  
per viridaria spatiantem furiosus cum gladio adortus fuisset, eum  
Medicis curandum tradidit, nullatenus eâ re commotus. Spartian. in  
eius vitâ c. 12.

XIV.

Atque hæc potiores sunt circa personas lædentium dubitatio-  
nes; de læsis nunc videamus. Ubi in genere pronunciamus commit-  
ti hoc crimen adversus majestatem, seu ut JC. loquitur adversus  
Rempubl. & eius securitatem. Cujus propositionis subjectum &  
prædicatum non tam ex Dd. aut Neotericorum disputationibus,  
quàm Ciceronis, hujus L. ferè coartanei hominis, explicationibus co-  
gnoveris. Is Majestatem in part. orat. c. 50. ita describit, quod sit ma-  
gnitudo quædam Pop. Rom. in eius potestate & jure retinendo. Vel  
ita, ut paulò post sequitur, quod Majestas sit Imperii atque in omni  
Pop. Rom. dignitate. quod ita redditur & esemb. in m. h. n. 3. Majestas ver-  
titur in Imperio atque omni Pop. Rom. dignitate. Prædicatum, lædere &  
minuere Majestatem describit Cic. 2. de Invent. c. (non uti apud Wes. ve-  
gitur 3. sed 10.) quod sit de dignitate aut amplitudine aut potestate  
populi, aut eorum, quibus populus potestatem dedit, aliquid deroga-

Obiectum  
huius crimi-  
nis adæqua-  
tum.



re. Confer Extrav. Henr. qui sint rebelles. Ex quo intelligitur, crimen hoc contrahere non solum eos, qui ipsum directò statum tentant; sed & qui eius securitatem, quæ partim in personis, partim in rebus fundatur. In personis eorum, quorum tutelæ & curæ salus commissa est publica. Hinc perduellio etiam in Consiliarios & militantes Principi, committitur, si quis eos hostili in Rempubl. animo persequatur. In rebus autem tam corporalibus, quam incorporalibus: veluti juribus, sive LL. & armis. Id verò utrumq; non aliter quam quatenus Lex definiit. Est enim hoc crimen iudiciorum publicorum quod ultra L. præscriptum non accipimus *l. 1. de publ. jud.* Ex quibus principiis qq. illæ an & quatenus in hos vel illos Principes & status C. L. M. committatur, resolvendæ sunt, ut ex seqq. patebit. v. *Consil. Arg. t. 71. volum. 2. n. 24. l. 5. §. 2. de capit. de minut. Hakelm. 7. disp. 10. tb. 5.* ibi: principum securitate etiam ii continentur.

XV.

Etenim licet olim ferè ex ingenii Principum crimina majestatis definita fuerint: hodiè tamen certior definitio, vel ex scriptura vel sententia L. peti potest: imò hinc nec aliunde peti debet. Ac quod *Wesemb. ad L. Cornel. de fals. num. 2.* in simili dixit, illud non injuriâ hic nostrum facimus: Neminem sc. incidere in C. L. M. nisi quem leges, aliæque constitutiones ac responsa Jctorum, quæ eam l. interpretantur, disertè notant. Lex enim sola certò iudicium publicum facit. *d. l. 1. de publ. jud. Wes. d. l. n. 7.* Ab hac regula cum recesserunt Adulatores Aulici in sævitias intolerabiles prolapsi sunt, quæ de re notabiliter Tacit. 1. *Annal. 72.* Non faciebat, inquit, fidem civilis animi Tiberius (uscunq; nonnulla in speciem civiliter ageret & loqueretur) reductæ Majestatis Lege (sc. quæ per Augustû ferè siluerat. *Casaub. in Gallien. Pollion. n. 39. maxime post salutare Livie consilium de quo cum Dione eleganter Seneca l. 1. de Clement. 9.*) Cui nomen apud veteres idem (veteres etiam habebant L. Majestatis) sed alia in iudicium veniebat, (hæc, vetus lex, facta notabat) (1) si quis prodicione Exercitum, aut (2) plebem seditionibus, denique (3) malè gesta Republ. Majestatem Pop. Rom. minuisse. Facta arguebantur: dicta impune erant (hæc puto crimina fuisse præcipua, quæ Lex Majestatis Cornelia & Iulia notabat. Sequuntur ea, quæ ab Augusto & Tiberio videntur addita). Primus (pergit Tacitus) Augustus cognitionem (4) de famosis (in principem arbitror) libellis specie eius l. tractavit, commotus Casii Severi libidine, quæ viros feminæq; illustres (& in iis vel maxime domum Augustam: alioquin nullus criminis Majestatis prætextus adferri potuisset) procacibus scriptis diffamaverat. At sub Tiberio hæc



177  
rio hac quoque facta notabantur (5) circa Augusti simulacrum servum occidisse. (6) vestem mutasse. (7) nummo vel Annulo effigiem impressam Latrina aut Lupinari intulisse (eleganter Seneca 3. de benef. 26. ubi Lips. tanquam in eo Impietas, & L.M. quod sacra Principis Imago ad partes pudendas ivisset.) (8) Dictum ullum factumve eius, ex estimatione aliqua lasisse. E quibus priora tria ad primum, posteriora ad secundum ferè caput L. Juliae relata fuisse verisimile est.

XVI.

At Imperatoris Justiniani autoritate, è multis haud dubie aliis, à *Modi quibus perduellio committitur.* conditoribus juris seqq. species notatae & à Lothario Imper. Scholis foroque redditae sunt, quas solas & si quae seqq. LL. additae fuere, crimen istud constituere censemus, per d. in fin. th. 14. Quamquam enim aliqua facta etiam ad exemplum l. 7. §. 3. fin. h. t. id est rationem & sententiam L. vindicentur. l. 9. pr. quod fals. tut. l. 4. §. 1. qui per. tut. eius tamen rei interpretationem merito reservamus Imper. arg. l. un. C. si quis Imper. maledix. in verbis: integris omnibus hoc ad nostram scientiam referatur, ut ex personis hominum dicta pensemus, & utrum praetermitti, an exquiri debeant, censeamus. Neg. hic argumentis locum facimus, aut productioni ad aestima. Nam ut Seneca Rhet. 6. contr. 33. med. an lasa sit Respubl. non solet argumentis probari: Manifesta statim Respubl. damna sunt; si muri diruti, si classis incensa, si exercitus amissus, si vectigalia diminuta. Ita haec quoque Latio L. iam definita est. Ad l. ergo scriptam hic unice respiciamus. ff. & const. ordine servato. In ff. ad primum caput, sequentia facta referamus.

XVII.

(1) Notatur is, cujus operâ, dolo malo, Consilium inritum *Ad l. 1. §. 1. ff. h. t.* crit, quo Obsides injussu Principis interciderent. Obsides tranquillitatis & securitatis publicae pignora & sequestri sunt, quibus secuta redditur Respubl. Hering. de jur. mol. c. 10. n. 281. quomodo Liv. l. 2. c. 13. Cleliam Virginem, obsidem, pignus pacis appellat. id. Liv. in hist. subjug. exercit. Rom. ad furculas Caudinas l. 9. c. 5. ubi Obsides sexcenti equites imperati, qui capite luerent, si pacto non staretur. & alibi passim. Pignore ergo pacis sublato tolli una & securitatem liquidum est: *Ut in simili ferè Thuanus libr. 134. loquitur.* (2) Cujus opera, dolo malo, consilium inritum crit, quo armati homines cum telis lapidibusve, in Urbe sint, convenientve adversus Rempubl. quo nomine coitiones & conventicula tam arinata, quam



quam inermia contra Rempubl. damnantur. Armata ided, quia qui vim armis illicitè facit, publica jura, pacemque omnium communem violat, ac universam Rempubl. oppugnare videtur. *Cic. de Arusp. resp.* Conventicula etiam sine armis damnantur, quia principis obstandum. Ex his enim conjunctiones sequuntur, argum. §. conventicula. 2. F. 53. Quod si maximè contrarium probetur, neque in Rempubl. directò coitio facta sit; cum minimùm tamen in vim publ. factum incidit. l. 1. & 2. ad L. 1ul. de vi publ. Et domus eorum, qui conventicula suscipiunt publicantur. d. §. conventicula. l. 15. de C. Episc. & Cler. quam & barbavè allegat & malè de priore specie exponit Farinat. qu. 113. insp. 4. n. 120. quod ipse postea agnoscere videtur. n. 132. Neque mirum videri debet, lapides etiam inter arma referri. Nam lapidationum frequens Romanis usus in turbis & suppliciis Ovid. 13. *Metam. fab. 2. & alii allegati ap. Dempster. ad c. 24. l. 8. Antiq. Rosin. (3) Cujus operâ, dolo malo, consilium in initum erit, ut loca occupentur vel templa: Loca intellige editiora, aut munita, ut arces & palatia publica, aut quæcunque tandem seditionibus colligendis fovendisque apta. Quomodo olim capitulio à servis & exulibus occupatum ingentes turbas movit, Liv. l. 3. c. 15. Atque ob perduellionem Manlii decretum, ne quis Patricius in Arce aut Capitulio habitaret, Idem l. 6. c. 20. non ab simile de turri Londinensi ab Essexio occupandâ. v. ap. Serrem. in An. 1601. p. 561*

XVIII.

(4) Cujus operâ, dolo malo, consilium in initum erit (& hæc enim semper <sup>ad id</sup> repetenda esse censemus, cum omnia sequentiæ regant) quo coetus conventusve fiant, hominesve ad seditionem conveniant: Collegia, quid. coetus & conventicula etiam extra ordinem coercentur. l. 2. de colleg. & corp. l. 15. C. de Episc. & Cler. sed si ad seditionem spectent, adversus quidem Magistratus provinciales directam; pro criminis ratione nonnunquam gladio, interdum etiam levius puniuntur. *Const. Carol. c. 127.* Adversus vero Majestatem, pro qualitate personæ aut in furcam tolluntur, aut bestiis obiiiciuntur, aut in Insulam deportantur, l. 38. §. 2. de pen. ad quas pœnas haud dubiè respicit Imper. Leo in l. 2. C. de sedit. & de his qui plebem contra Rempubl. audent colligere: *conferri possit utiliter Diarium Historicum, Darinnen des. H. R. St. Franckfurt am Mayn geschichtlicher Auffstand v. und schwüriges Dnwesen ordentlich verzeichnet/ impress. Ann. 1615. & similia eiusd. tragædia acta, (5) Cujus operâ, con-*



175  
râ, consilio, dolo malo consilium initum erit, quo quis  
Magistratus pop. Romani, quive Imperium potestatemve  
habet, occidatur. Magistratus hic non intelligitur municipalis,  
quia potestate & Imperio caret. *l. 26. ad Municip.* Sed Romanus ma-  
jor, qui cum Imperio est, veluti consul, præfectus, prætor, proconsul,  
& ceteri Magistratus, qui imperium habent. *l. 2. de in jus vocand.* An  
etiam Minor? Negandi ratio est, quod is Imperio & potestate caret.  
*l. 3. de Injur.* Affirmandi, quod Jctus hic generaliter loquatur, & in  
his minoribus ordinariis fuerint Tribunipl. in extraordinariis qua-  
stores Parricidii. *Rosin. 7. Antiq. 2.* Potest tamen dici, Jctum hic non  
tam oppositivè quam declarativè loqui: & forsan Tribuni in de-  
mocratia distinguendi ab his, qui in Monarchia viguere. Quicquid  
sit, theos sanè ratio patet ex *l. 1. §. 2. de l. & l. ubi Magistratus incolumi-  
tas ad statum refertur.* Vnde Dempsterus ad *l. 7. Antiq. Rosin. c. 32. ad il-  
lud Lucan.*

----- nullasq; ferēs, nisi sanguine sacro  
Sparsas raptor Opes. &c.

Adiicit, pulcherrimè inquit Poëta, sanguine sacro; Nam Magistratus sa-  
cro sancti erant, neque sine Majestatis imminuta crimine violari poterant.  
Denique Magistratum hic, qua Magistratum, intelligimus. Nam  
& privati respectus in hunc cadit. *argum. d. l. 32. ff. de Injur.*

(6) Cujus operâ, consilio, dolo malo, consilium initum  
erit, quo quis contra Rempubl. arma ferat. Arma ferre su-  
mitur vel propriè pro eo, quod est cum telo esse adversus Rempubl.  
& eius præfides: vel metonymicè pro eo, quod alibi dicitur, arma &  
bella movere. *l. un. C. ut arm. uf. quomodo Cic. orat. in Pison eleganter  
explicat,* utcunque tamen accipias, distinguendus erit hic modus à  
secundo, quod ibi multi, *arg. vocis conveniunt,* hic singuli in perni-  
ciem Reipubl. excitantur. Aut si posterior acceptio præferenda  
videatur, *arg. d. oppositionis cum seq.* tùm separandus sit modus iste, &  
eo quem infra recensemus n. 28. quod hic designetur, quicumque in  
arma ruens, sive hostis, sive extraneus, saltem non fœdere junctus  
& amicus. *de quo ibidem.*

### XI X.

(7) Notatur, qui hostibus populi Romani nuntium  
litterasve miserit, signumve dederit, feceritve dolo malo,  
quo hostes pop. Rom. consilio juventur adversus Rēpubl.

C

Quam



Quam speciem prodicionem vocat *C. A. hinc th. 3. n. 16. l. 1. de prava-  
ricat.* & paria sanè sunt, aliquem contra Rempubl. ad arma impelle-  
re, vel impulsum & concitatum jam antea manu vel mente juvare.  
*vide Hering. de lure burgorum n. 220.* Exemplum illustre est in Franci-  
sco Alidosio Cardinali Papiensi apud Menoch. *de A. I. Q. 6. 537. num. 11.*  
Nec absimile apud Thuan. *l. 118. ubi Carpentarium in Curia Parisiensi  
causarum patronum, quod literas ab Alberto nunciosque Lutetia accepisset,  
eosq. in Americam aliasq. regni Provincias ad Philippi partibus addictos  
perferendos curasset, tanquam perduellem & patriæ proditorem An. 1597.  
ad mortem damnatum & confractis membris rotæ fuisse impostum, me-  
morat. caus. Farinac. q. 113. n. 5. & 204. cum seqq.*

Similiter (8) notatur, qui milites sollicitaverit (instiga-  
verit, impulerit, promissis vel artibus quibuscunque occultis)  
concitaveritve (publicè, tribunitiis clamoribus, concionibus, &  
machinationibus violentioribus) quò seditio, tumultus ad-  
versus Rempubl. fiat, veluti Balbus apud Ciceron. Percennius  
apud Tacit. *l. 1. hist. 16. Vibulenus & alii. cap. seqq.* Differt hic modus à  
quarto: quod ibi Pagani, hic milites ad seditionem impelluntur.

XX.

*Ad l. 2. h. t.*

*Ex l. 2. h. t.* sequuntur hi casus, ut sc. perduellionis crimine te-  
neatur (9) qui de Provincia cum ei successum esset non  
discessit. Qui enim Magistratum; statum ipsum invadere videba-  
tur: unde sacrum erat, unà cum bonis caput eius, qui regni occu-  
pandi consilia iniisse, aut injussu populi magistratum adiisse proba-  
retur. *Rosin. l. 8. c. 8.* Malè autem hoc promiscuè ad Officiales quosli-  
bet non resignantes suis successoribus officia trahit. *Farin. cum Alle-  
gat. d. q. 113. insp. 1. n. 44.* (10) Qui Exercitum deseruit.  
Desertor dicitur, qui belli tempore abijt à signis. *l. 1. v. de desertor. C. de  
desert. & occult. eorum lib. 12.* Alibi etiam is desertor dicitur, qui per  
prolixum tempus vagatus, reducitur. *l. 3. §. 3. de re milit.* Nec omnes  
desertores similiter puniendi veniunt, *l. 5. §. 1. & seqq. de re milit. l. 13.  
§. 5. eod.* Julius Cæsar tamen, aiente Sueton. *in eius vitâ c. 67. pr.* Ut-  
cunque in ceteris delictis conniveret, neque omnia observaret, ne-  
que pro modo exequeretur, desertorum atque seditiosorum & in-  
quisitor & punitor erat acerrimus. Unde forsitan gravior hujus facti  
nota. Nisi hoc ita accipias, ut desertor exercitus in procinctu jam  
stantis intelligatur, quomodo iam olim constitutum: Ne quis loco  
ab Imper.



176  
ab Imper. designato cederet, atque ordinem desereret. *Rofm. l. 8. c. 14.*  
vel etiam propter oppositionem sequentis vocabuli *privatus*, de Du-  
ce magis quam de privato hæc videantur exaudienda esse: *quomodo*  
*ap. Liv. l. 10. c. 19. Exercitus Appii, Volumniū Consulem abiturum obsisit &*  
*obtestatur, Ne pravo cum Collega certamine Rempubl. prodatur: si qua cla-*  
*des incidisset, desertori magis quam deserto noxiæ fore.* Sed & ( 11 )  
qui ad hostes per fugit, licet privatus, & in exercitu non vivat,  
aut constitutus sit, crimen hoc committit. *Privati* enim vocem hic  
accipimus pro pagano, ut vis sua constet oppositioni in verbis *vel*  
*privatus*. Nam & privatus defertor in hoc crimen incidit: infra enim  
de personis publicis denuò agitur. *l. 3. ibi, Imperium Exercitumve de-*  
*seruerit. h. t.* ut de milite transfuga dubitandum non sit: sed de paga-  
no. *Vide Hotom. Lex. h. Voce. Et ita accepisse videtur Rayn. Forol. quem*  
*citat Farinac. q. 113. in sp. l. n. 12.* Licet aliàs privatus ut plurimum posito  
in Magistratu opponatur. *Liv. l. 30. c. 39. ibi circumactio (consulis Tib.*  
*Claudii) imperio, privatus classem Romam reduxit*, quomodo per traje-  
ctionem sensus phrasi conciliari possit hoc modo: qui vel privatus  
Exercitum deseruit, aut ad hostes transfugit: vel ita; qui Exercitum  
deseruit privatus, vel ad hostes transfugit. Ratio autem esse videtur  
quod malo, nec alio quam prodendi patriam animo, quis ad hostes  
transire videatur: Unde non amplius in civium, sed in hostium nu-  
mero deputatur. *l. 19. §. transfuga. 4. de capt. & postlim. reversis.* ideoq;  
eum, quasi hostem licet, ubicunque inventus fuerit, occidere: *l. 3. in*  
*fm. ad L. Cornel. de sic. & si deprehenderetur vivus exuri. l. 8. §. 2. de pœn.*  
aut in furca suspendi. *l. 38. §. 1. cod. vel etiam bestiis obici olim solebat.*  
*l. 3. §. 15. qui ad hostem. 10. de re milit.*

XXI.

(12) Notatur qui sciens falsum conscripsit, vel recitavit in tabulis  
publicis. Publicas tabulas interpretantur Dd. in quibus jura scæde-  
rum, limitum, pacis continentur. *Amplif. Dn. D. Finckeltaus. conclus.*  
*de crim. l. M. 3. lit. n. C. A. b. th. 3. n. 12.* in aliis literis, quibus non itid, fa-  
lus & securitas publica suffulcitur, falsi crimen committi. *arg. c. ad*  
*audi. entiam. 3. de crim. fals. Menoch. de A. I. Q. cas. 306. n. 6. & seqq.* possit  
etiam videri, *arg. verborum, conscripsit vel recitavit*: hanc speciem po-  
tissimum ad scribas & Actuarios Reipubl. pertinere. quorum fidei,  
ut *Cic. s. Verrin.* loquitur, tabulæ publicæ, periculaque Magistratuum  
committebantur. Ac ne id cuiquam durum nimis videatur, JCrus  
autoritatem à L. ipsius dispositione addit & testatur, hoc quoque fa-  
ctum



291  
Etum nominatim primo capite *l. Iulie* comprehensum fuisse: quæ verba idem non sunt exclusivè assumenda, quasi species subditæ. *l. 3. & 4. non itid.* ad primum caput pertineant: sed ut, indicavi, ratiocinativè: Quod ipsum evidenti iterum argumento est, definitionem eam, num maleficium hujus generis ad perduellionem vel Majestatem læsam in specie pertineat, ex enumeratione, recensione & determinatione *L. non ex* argumentatione promiscua, petendam esse. *Dis. Amplis. Dn. D. G. Franzkeius exer. 14. q. 3. n. 6. qui species l. 2. & 3. h. ad crimen L. M. simplex refert.*

*Ad l. 3. ff. h. t.*

## XXII.

Succedit Lex tertia, cujus (à principio subobscura) hunc putamus esse sensum: Lex duodecim tabb. (ea parte qua perduelles coercet) hos tantum casus complectitur; ut eum qui hostem concitaverit, quive civem hosti tradiderit, jubeat capite puniri. *vide Rosin. l. 8. Antiq. c. 6. p. 2. l. 8.* Lex autem Julia Majestatis multò plures: & generaliter aded præcipit, eum qui Majestatem publicam læserit *L. Julia Majestatis teneri.* qualis est non tantum ille, qui uti dictum, (13) hostem aliàs quieturum ad bellum Reipubl. inferendum concitaverit (ut differat à specie. *l. 4. quam Gothofr. cum hac ipsa exæquat.*) atque ita directo & pleno impetu securitatem Pop. Romani turbaverit: neque is tantum (14) qui civem Pop. Rom. fidelem hosti tradiderit: cū exinde manifestè liqueat, quo animo sit adversus omnes, qui talem se gesserit adversus singulos. Quapropter ille quoque perduellisolim habebatur, qui civem Romanum contra jus Libertatis in crucem tolleret, securi percuteret, aut in latumias coniecet. *Rosin. 6. Antiq. 9. in fin.* Sed & (15) qui ipse in bellis tantū cessit (non desertis dolo ordinibus, sed væcordia hosti insultanti cedens: ut distinguatur hæc species à casu 10. quod *arg. specierum* seqq. intelligo de illis, qui in potestate aliqua sunt positi & à quorum Exemplo milites, atque hinc salus publica pendeat: quomodo Cn. Fulvius perduellionis reus peractus fuit, quod fugæ pavorisque initium fecisset: & milites haud vanum timorem Ducis credentes, *itid.* terga dedissent, *apud Liv. l. 26. c. 3.* Neque ita temeritas & audacia quàm formido coercita legitur: ita enim Fabius senex pro Filio perorans: *populi, penes quem potestas omnium rerum esset, ne iram quidem atrociorum unquam fuisse in eos, qui temeritate atque inscitia exercitus amississent, quam ut pecunia eos multaret; capite anquisitum ob rem bello male gestam, de Imperatore nullum ad eam diem esse.* *Liv. l. 8. c. 33.* nisi posteri Roman. fuerit se veriores; aut pater ibi in causâ filii miti usque perorat.



perorat. Pland ut gregarius miles qui insultanti hosti inferior cesserit, in hanc L. commississe feratur, dicere grave est: nisi iterum hoc ad severitatem disciplinae militaris & ad Exempli declinationem trahamus: quo sensu *inl. 6. §. 3. de re milit.* dicitur, eum qui in acie prior fugam fecit, spectantibus milicibus propter Exemplum (instita enim natura mortales prope sequi solent, quae piget inchoare: *Tacit. 1. Histor. 55.*) capite puniendum esse, eoque sine cessio hic cum effectu sumenda. alias enim gradum retrò dare & fugere differunt, ut ostendit locus elegans apud *Flor. l. 4. c. 2.*

XXIII.

(16) Notatur, qui arcem tenuerit, sc: contra salutem Reipubl. & autoritate privata (Erat enim Romanis inter arcana Dominationis, ne cui, etiam ex patriciis in munito loco liceret adificare: nec in arce aut Capitolio habitare. *Clapm. 3. de arcen. Rerum publ. c. 7. & 18.* Hinc Valerius Consul cum in munito à natura loco edificaret, venit in suspicionem affectati regni, teste *Livio l. 2. dec. ad. 1.* Quod hodiè nū apud Anglos & Moschovitas servatur, qui munitioes omnes, tanquam rebellionum fomenta detestantur. *Bodin. 5. de Republ. 5. n. 559.* idemque ab omnibus Orientis & Africae regibus institutum *id. num. 567. fin.* & in Germania Constitutione pacis publicae cautum est, ne quis aedificia ad emulationem Imperii excitet, qualia sunt, quae in finibus & limitibus extrauntur, bey enim *greng D röder Statt. Gail. 1. de P. P. c. 1. n. 42.*) vel etiā tenere h. lo. pro occipare exaudiri potest, *arg. l. 7. §. insula 3. de A. R. D. l. 9. in fin. de R. V. l. 18. §. ibi, meum tenes, possides. de accept. principe invito & deposcente. gl. hic in voce tenere, Der J. Kay. Manstatt ihre Bestung vorentzelt.* Quomodo Henricus III post rebellionē Lutetiae Parisiorum, Pictavio & aliis sui regni urbibus & arcibus ignominiosè fuit exclusus. *An. 1589. Thuan. l. 95.* è quibus Vindocini Gubernator qui eam urbem contra Henricum III. & IV. pertinaciter tenuerat, tanquam perduellis supplicio fuit adfectus. *Thuan. in hist. de vita sua. l. 4.* Sanè quod deditionem arcis alicui praefecto commissae nonnulli hic intelligunt, à perfunctoria nec expensa satis textus ponderatione profluxit: quid enim commune defensionis cum deditione: quae in aliam & vel in sequentem speciem incidit. *V. Cephal. 1. consil. 110. n. 10. Hering. de iure Burg. n. 83. quā (17) notatur, qui hosti castra concesserit. Quanquā autem vox castrum, numero unitatis, locum muris munitum: multitudinis autem numero, locum ubi milites tentoria fixere designat,*



7. Kylling. de Ganerb. disc. 2. num. 30. & 35. quia tamen promiscuè tùm apud ICtos, tùm apud alios auctores hæ voces usurpantur l. 17. f. de Excus. tur. l. 2. §. 8. C. de Off. præf. præf. Afr. l. ult. C. de off. milit. Iud. [ eà fortè origine, quòd Romani artis Imperatoriæ peritissimi, non urbes modò; sed etiam exercitus locis omnibus vallo & fossa munire docerent; nec sine castris prælia gererent Bodin. 5. de Rep. 5. n. 562. facit eximie Pauli Consulis oratio ad milites apud Liv. l. 44. c. 39. ubi hujus sanctionis ratio redditur, in verb. qui castris exutus erat, etiamsi pugnando acie vicisset pro victo habebatur ] Ideoque hic etiam illum in genere notatum putamus, qui vel urbem vel stationem militum munitam hostibus concesserit, uterq; enim Rempubl. in summum discrimen adducit.

#### XXIV.

Eadem L. pergit ICtus d. l. 3. tenetur (18) & qui injusti principis bellum gesserit. In statu Democratico injusti Populi & in consulto Senatu bellum geri neuti quam potuit. Livius l. 38. c. 45. ac si vel maxime feliciter cessisset, non tamen sine crimine erat, uti evidenter docet Liv. modo laudatus l. 8. c. 33. ubi cum à Fabio, Equitum Magistro absente Papirio Dictatore Sannites victi essent, Papirius non dubitavit Fabium eversæ Majestatis dictatoriæ accersere, eique diem dicere: contra patrem nequicquam obnitentem, constanter pertendens, Majestatem Imperii sprete militari disciplina diminui ac hujus contentu fieri, ne illa sit perpetua. Atque de hoc casu libentius ICTum exaudiverim, maxime cum ilicò tanquam per gradus sequatur ea, quæ gestionem antecedunt, & tumultuantibus propriè conveniunt: nimirum cum (19) demum notetur qui delectum habuerit: Delectus propriè est militum jam conscriptorum, qui in armilustro vel reprobantur, vel approbantur: quo sensu à conscriptione & collectione militum distinguitur: sæpè tamen <sup>οὐκ ὀνομασθέντες</sup> de eadem re prædicatur. Priorem acceptionem hujus loci putamus esse, eo argumento, quod & veteres & Julius Cæsar ejusque successores omnia Dominationis jura ambitiosè ad se traxerint. Hinc in Recell. Imper. etiam sub pœna banni cavetur, ne vel inter suos delectum quis habeat. N. A. 311 Speyr de Anno 1529, §. Wo aber der oder die/ & locis aliis in Reinking. l. 2. cl. 3. c. 1. n. 15. ubi vide Exceptionem de Libertate Germanorum P. P. de quâ etiam agit Arnis 1. relect. polit. c. 5. §. n. 10. Deniq; (20) etiã tenetur, qui exercitum comparaverit. Qui modus differt à secundo, quod & turbam hominum in Rempubl. armare, nedum



148  
dum ut exercitum, vel alio obtentu, parare piaculare sit. vide Rein-  
king. & alleg. d.l. Rationem innuit ipse Arist. 4. pol. 19. quia in eorum,  
qui arma tractant, manu positum est, ut quieti sit Respubl. vel tur-  
bulenta. Quibus ita firmatis, non possumus hoc loco assurgere  
viris doctiss. Bocer. class. 4. disput. 11. th. 3. & seqq. ac nonnullis aliis, qui de  
hac materia disputarunt, qui conscriptionem militum ad species  
C. L. M. leviores aggregant, eo argumēto quod in hac l. 3. vers. Lex au-  
tem recenseantur exempla secundi capitis, v. c. in bellis cedere, ar-  
cem tenere; quibus utique iste modus cohæreat. P. Theod. Disput. 5.  
C. 62. th. 4. lit. ff. Nam & in prolepsi petitio est principii & contrariū  
à nobis supra ostensum: deinde quæ sequuntur exempla nimis aper-  
tè repugnant, quorum conjunctionem requirunt verba fin. l. 3. ibi,  
quive quidem eorum quæ supra scripta sunt. His enim modis omnibus  
securitas Reipubl. læditur, & sacra Imperii attentantur. Nec decipi  
quis debet exemplis hujus ævi contrariis: Nam à licentia conscribēdi  
statib. Imperii per privilegium competente Re cess. Imp. de An. 1564.  
§. Demnach so declariren. & Re cess. Imper. de Ann. 1566. §. dem Verfi-  
cul. & c. ad sententiam generalis hujus L. inferri non debet.

XXV.

(21) Notatur qui cum ei in provincia successum esset, exer-  
citus successori non tradidit, quam tamen specie itidem ad secun-  
dum caput referunt. P. Theod. d. disp. 5. th. 4. l. g. Finck. conclus. 4. Lit. e.  
Nos nitimur textu claro l. 2. h. i. (ubi etiam sine exercitu in provin-  
cia existens, si successori non cedat ex primo capite tenetur: multò  
magis ergò si & arma sibi concedita Reipubl. reddere detrectet)  
nec non exemplis, V. C. Julii Cæsaris, qui cum se dimissurum exer-  
citus negaret, hostis Reipubl. (perduellis) judicatus est, teste Flor.  
l. 4. c. 2. Facit iterum species subsequens (22) qua notatur, qui Im-  
perium exercitusve Pop. Romani deseruerit, quæ species ab 11.  
aut differt, ut hac de personis cum Imperio, illa de privatis loqua-  
tur: aut cum eadem convenit, utpote ex diversis fctorum libris pe-  
tita: & utroque modo ad primum caput referenda est. arg. d. l. 2. ibi,  
nam & hoc capite primo; & quia species eadem subiecta de conscri-  
bēte vel recitante falsum è tabb. publicis, è m. à Dn. Theod. d. l. 3. quæ  
à Dn. Finck. d. th. 3. lit. k. ad primū caput redigitur. Idemq; suadet porro  
species subdita n. (23) Qui privatus pro potestate Magistratusve (quæ  
verba non oppositivè sed synonymicè accipimus) quid sciens dolo  
malo gesserit. Ita Smerdes apud Herodot. Nero apud Sucton. Alexius  
apud.



777  
apud Nicetam. Sebastianus in Regno portugallia. v. *Petr. Matth. l. 4. in fin.* Carolus seu potius Franciscus Rameus, qui scilicet *An. 1596.* Caroli IX. & Elisabethæ Austriacæ filiū se iactabat Læxæ Majestatis peracti & supremo supplicio multati sunt. *Ihuā. hist. l. 117. Menoch. cas. 118. Farin. q. 150. n. 86. Serres A. 1601. p. 614.* Nec officit quod (24) is quoq; hac *l. 3. in fin.* notetur, qui quid eorū, qui supra scripta sunt, factū re curaverit: Nam & primæ illæ species operæ & consilium æquè notant atque factū ipsum, *arg. c. qui facit per alium 72. de R. I. in 6.* parvi enim referre hoc videtur *l. 1. §. 12. de vi & vi arm.* & hoc occultum æquè atque apertum. Extrav. quoniam. Qui sunt rebellis. Unde

XXVI.

*Ad l. 4. h. t. de Coniuratione.*

In *l. 4. (25)* notatur, cuius dolo malo iurejurando quis adactus est, quo adversus Rempubl. faciat: hoc est, qui alium ad jusjurandum aegerit, ut contra Rempubl. faceret, quæ species in *conjuracionem* incidit, de qua *l. 5. pr. ibi. Sacramentum suscepit vel dedit C. h. t.* quam vel inter primas, capitis primi species numerant *Theod. & Finck. dd. locis.* Item (26) is cuius dolo malo exercitus Pop. Rom. in insidias deductus hostibusve proditus fuit. Cum enim securitas Reipubl. consistat in Exercitibus, & ut *Cassiod. 7. Epist. 4.* loquitur, clypeus exercitus quietem præstet paganis, utique qui illum, hostes etiam perdiderit. Nec non (27) cuius dolo malo factum fuisse dicitur, quo minus hostes in potestate Pop. Rom. veniant. Nam & securitas, quæ subjugatis hostibus parta foret impeditur. v. *l. 40. de penis.* (28) Cujus opera, dolo malo hostes Pop. Rom. commeatu, armis, telis, equis, pecunia aliave qua re adjuvi erunt. Nam ut *Tacit. 2. Annal. 21. & de morib. Germ. c. 43. & 46.* ait, Barbari à Romanis armorum genere facillè superabantur, quod illis non lorica, non galea, ne scuta quidem ferro firmata essent. Quod si ergò ferro, armis commeatu & vi adjuvi fuissent, maximè id Reipubl. periculosum futurum fuisset. *Decian l. 8. ff. Crim. c. 2. n. 2.* Quod si maximè hostes non fuerint; Barbaris tamen nationibus quibuscunque nihil horum vendere, ne lucri quidem solius causa, licet, quin capitali quis pœnæ subdatur & bona ejus confiscentur. *l. 2. C. quæ res export. non deb.* neque tamen perduellionis crimen propriè committi hic arbitramur, *contra Gilhaus. d. c. 2. tit. 5. n. 3.* quoniam lex dolum malum nominatim requirit; Itaque nec eos Crimine hoc teneri putamus, qui extra hostilem in Rempubl. animum, luctelli forsan alicujus aucupio barbaros artem naves fabricandi docue-



179  
docuerint: quanquam capitale in istos etiam iudicium proponi non  
difficemus l. 25. C. de penis.

XXVII.

(29) Cujus dolo malo factum fuerit, ut ex amicis ho-  
stes pop. Rom. fierent. Cum enim qui hostem, seu hostili animo  
in Remp. animatum, quietum tamen, concitaverit teneatur, l. 2. h.  
quanto magis is, qui ex amicis hostes fecerit. Amici autem illi Ro-  
manorum duplices, alii recepti æquo federe, alii jure clientelari,  
text. elegantiss. in l. 7. §. 1. de capt. & possl. itaque porro notatur,

(30) Cujus dolo malo factum fuerit, quo rex exteræ Na-  
tionis populo Romano minus obtemperet: id est, qui ad  
defectionem eundem sollicitaverit. (31) Cujus operâ, dolo  
malo, factum erit; quo magis hostibus pop. Rom. obsides,  
p. Liv. l. 28. pecunia, jumenta dentur, adversus Remp. h. e. ho-  
stes illis juvêtur. Far. q. 113. n. 59. Nã & his modis hostilis in Rempubl.  
animus manifestè ostenditur. Unde extremo loco hoc capite etiam  
notatur. (32) qui confessum in iudicio reum, & propter  
hoc in vincula coniectum, emiseric. Reum intelligimus, pro  
subjecta materia, in iudicio Majestatis de perduellione convictum  
aut confessum. Diss. Petr. Theod. Coll. crim. disp. 5. thes. 4. lit. C. & alii,  
qui eum, qui in carceratum ob crimen capitale, dimittit, simplex crimen  
Majestatis committere statuunt, quia per hoc auctoritatem principalem  
sibi arroget. arg. l. 31. de pen. sed imò non tantum auctoritas; verum etiam  
securitas Reipubl. hâc emissione leditur; cum facinorosus ejusmodi, vinculis  
solutus, machinationes adversus Rempubl. haud dubiè sit resumpturus; &  
aliâ quoque exemplo perniciosum sit, crimina hujusmodi atrocissima ma-  
nere impunita. Quod superiore seculo in complicitibus Bironii patuit. Cum  
enim Carolus Hebertus Bironi ab Epistolis indulgentiæ Regis Henric. IV. di-  
missus & Neapolim elapsus esset, ad eum tanquam ad sentinam sicariorum  
& perduellium, quidquid toto regno exulare cogebatur, se colligebat, &  
perniciosam in Regis salutem ac Nomini Francici decus consilia simul coque-  
bant, quod in Ravalliaci parricidio postea patuit. Thuan. Histor. lib. 128.

XXVIII.

Et has quidem species in h. t. cum ordine non interrupto con-  
ditores juris proposuerint, haud obscurum est, omnes ad primum *Ad ll. seqq.*  
caput L. M. eos retulisse: Diss. præter s. citatos, Dn. D. I. Gerhardus  
Fravvenburgius disputat de Crim. L. M. thes. 39. 42. 45. 46. 47. Se-  
quenti-

D



15  
quentibus legibus vel exceptiones § 1. l. 4. l. 5 § 3. & 4. l. 7. aut species ad secundum caput pertinentes l. 6. vel ea quæ ad processum l. 7. §. 1. 2. 3. l. 8. aut effectum peracti iudicii respiciunt l. 9. h. t. continentibus. Utique speciem l. 10. (32) non dubitamus adhuc superioribus accensere, qua Majestatis crimine scilicet in primo capite (ita Arvernus & Entraguus cum Morgano An. 1605. in Gallia, perduelles ex primo Majestatis læsæ capite iudicati sunt. Thuan. l. 134. Gallis, au premier chef.) accusari eum posse, docetur, cujus ope, consilio dolo malo, provincia vel civitas hostibus prodita est. Quomodo, ut ex infinitis unum adferamus Ann. 1605. Ludovicus à Lagonia Merargius, quod de prodenda Hispanis Massilia cum Balthafare Zunica, oratore Hispanico, consilia agitasset, in crimen læsæ Majestatis & proditionis incurrisse pronuntiatus & XIV. Cal. Jun. securi percussus est, corpus autem in 4. partes sectum & totidem palis membra affixa Thuan. l. 134. Supplicis autem asperioribus adfecti An. 1600. præfidiarii Pappensium in Ungariâ, quod locum, pecunia accepta, Turcis tradituri fuissent, & Schwartzenburgium, Ducem suum exclusissent. v. eund. lib. 124.

XXIX.

Ad l. 5. C. h. t. Porro in l. 5. C. ad L. Jul. Majest. non tam nova species criminis hujus proponitur, quàm declaratio quædam, maximè pœnæ. Quod enim Majest. crimen committere dicitur (1) qui cum militibus vel privatis vel barbaris, hoc est, cum civibus vel extraneis, & illis vel militibus vel paganis factionem contra Rempubl. inierit (2) aut factionis ipsius susceperit sacramentum vel dederit, id iam supra notatum. Quod (3) additur, eum etiam teneri, qui de nece virorum illustrium, qui consiliis & consistorio Principis intersunt, itemque senatorum Reipubl. qui pars corporis, id ex n. 5. dijudicari potest. Nec facere possumus cum Franckenburgio qui. th. 36. disp. de crim. læs. Majest. quasi perduellionem hanc vocat: cum pœnain hac l. 5. subjecta ostendat, Imperatorem hoc factum suæ personæ imputare, & ead. qua istud ratione punire: ut ita non tam in ipsum consiliarium aut militem, quam in ipso crimen hoc committi videatur: Quomodo Mennius ille Castorum præfectus adversus seditiosos milites audaci hac sententia selectatus est: Non præfectum ab iis; sed Germanicum ducem; sed Tibe-



150  
Tiberium Imperatorem violari. *Tacit. 1. Annal. 38.* Quod idem (4) extenditur ad omnes, qui Imperatori militant, hoc est, ad quolibet Imp. officiales, *uti declarat Imp. Henricus VII. in Extrav. quoniam, qui sunt rebelles.* puta si quis illis rebellaverit, in iis quæ ad commissum ipsis officium pertinent, *uti habet limitat. d. Extravag. Bach. 2. d. 32. th. 1. G.* Eaque severitate maximè opus fuit in decumanis illis motibus & turbis, quæ Imp. illos Arcadium & Honorium in pupillari suâ aetate, ut videtur, occuparunt. (5) Loco, extensio illa vel præcipua additur, quod & cogitatio sola crimen absolvat, & voluntas pro facto accipiatur. Id quod equidem Cujacius 15. *Obs. 25. nec non in comment. C. ad hunc tit.* negat esse peculiare in Majestatis: sed commune in omni crimine publico, atque ideo l. 18. *de pœnis* restringendam esse dicitur ad proprium suum Edictum, quod quisque juris: quo tantum effectus non cogitatio punitur. Veruntamen hanc Cujacii sententiam meritò reprobatur post Alberic. Gentil. Bach. 2. *disp. 32. th. 1. lit. H.* ostendens non nudam hic voluntatem aut cogitationem; sed ad actum aliquem externum; (*ita etiam lego apud Hakelm 7. d. 10. th. 6. ibi, sola adfectio ad extremum actum deducta:*) seu conatum, progressam demum puniri, quomodo P. Matthæi & alii scriptores Gallici replicant ad Exceptionem Bironii, qui nihil in sacrum Regis caput se attentasse asseverabat: satis inquam hoc esse, quod consilia cum aliis, & sermones s. tractatus susceperit, eoque sensu statuunt, cogitationem quoque LL. in hoc crimine punire. Thuan. lib. 128. p. 1027. idemq. ad excusationem Essexii, quæ ejusdem tenoris, replicatū ap. v. Serrem in A. 1601. p. 571. *conf. C. A. de privar. delict. n. 3.* Itaq. non possumus laudare Curia Parisiensis judicium de nobili illo Normanno, cujus Bodin. 2. *de Republ. c. 5. n. 469.* meminit, qui cum Franciscano confessus esset, se voluntatem occidendi regis Francisci habuisse, nihil tamen ausum esse, & flagitiosæ voluntatis spontè pœnitere, non dubitavit nobilem illum propalante arcanum confessionis Monacho, tanquam Perduellionis convictum damnare. *vide Menoch. de A. I. Q. cas. 360. n. 24. Gell. 7. N. A. c. 3.*

XXX.

Denique & (6) loco extenditur etiam hoc crimen ad confcios *d. l. 5. §. 6. C. d. r. t. ametsi ibi nonnulli legant confcios, vulgatam tamen rectè iterum tuentur & declarant Bachov. d. l. th. 1. lit. F. p. 1226. adde l. 9. ad l. Cornel. de fals. C. A. h. th. 3. in fin.* ad quos ne nimii simus remississe

D 2



78  
remisisse sufficiat, ut sc. ex primo etiam capite teneantur, si de crimine omnino certi sint, neque illud revelaverint: qua limitatione ex coherentia textus adhibitâ, non opus est distinctione illâ controversâ: an crimen probari possit, nec ne: de qua v. *allegat. ab Hakelm. 7. dist. 10. th. 7.* Circa hunc tamen articulum omittere non possumus, quod iterum communiter tradunt, crimen hoc in confessione patefactum revelari non posse, nec debere? E Pontificis plerique omnes, v. *Thuan. l. 86. de Anno 1587. Domin. Soto 4. sent. dist. 18. q. 4. art. 5. ibi, neq. ad servandam vitam hominis, quantumcunque esset vel Regis vel Papæ vel ipsius Sacerdotis, neque ad servandam salutem totius Reipubl. sive temporalem sive spirituales; in summa ob nullum qui fingi quomodocunque possit eventum licere sigillum confessionis aperire. Eodem modo Iesuita Cretensis apolog. pro Garneto p. 335. Henricus Henriques in summa de pœnit. l. 3. c. 16. & alii; etiam Icti, vide Anton. Gabriel. 7. conclus. ult. n. 17. per c. sacerdos 2. de pœnit. dist. 6. cap. 2. in fin. de pœnit. & remiss. Hakelm. d. d. 10. part. 7. th. 8. E diverso affirmant Calviniseque Dd. ut ex novissimis Riveti & aliorum de cas. conscient. scriptis patet. Non improbabilis videtur distinctio Farinac. q. *Crim. 47. n. 105.* inter crimen simpliciter cogitatum, & ultra cogitationem ad conatum aliquem exteriorum productum: ut si quis preparamentum, (ut ille loquitur) & tractatus jam ad id scelus peragendum fecerit: tum verò hoc delictum tantquam perfectum quadatenus, ubi seria pœnitentia fuerit subsequuta, nullatenus esse revelandum, quia delictorum commissorum vera sit confessio & remissio: per *dd. text.* Si autem delictum adhuc sit committendum, h. e. in nuda voluntate & cogitatione subliteris, tunc revelare sacerdotem quidem posse confessionem in genere, quod sc. hi vel similes motus animos hominum occupaverint, quibus obvianum omnino sit: Non autem in specie, & cum designatione personarum, per *text. in cap. si sacerdos. x. de off. ordin.* Hæc Farinac. d. l. n. 110. Ac quanquã veluti dubitans id asserat, & salva correctione suorum Theologorum d. l. n. 100. Invenio tamen idem ferè Bellarmino placuisse in Apolog. pro responsione sua ad Librum Jacobi M. Britanniæ regis, cui titulus est, triplici nodo triplex cuneus, p. m. 329. nec non Mart. Delrio *disq. Magic. l. 6. c. 1. sect. 2. tem. 3. p. 346.* Sanè si confessor aliquis, facinorosum ejusmodi, ut in Angliâ & Galliâ non semel contigit à peccatis absolvere præsumperit, merito suo audiet idem, quod Henricus Garnetus à Cæcilio primario Angliæ Secretario: si factum improbasti, cur beneficium absolutionis impertitus es, antequam is se factum*



151  
factum verè & ex animo detestari per penitentiam reus ostendisset/  
Thuan l. 135. v. Bacch. d. th. 1. lit. e. fin. (7) E Nov. 126. pr. & c. 1. addenda  
etiam esse videtur species, quæ à plerisque prætermittitur, qua ve-  
tantur quæstores & Præfecti Prætorio admittere appellantes. eadem  
veste, calceamentis & verbis se salutantes atque Imp. Majestatem:  
itemq; sententiam eadè figura verborû pronuciare, qua ipse Imp.  
solet: quod delictum Imp. in fin. d. c. vel potius interpres, vocat perduellionis,  
tamest in Græco hi tales subjunguntur τῶν τῆς καὶ διοικητικῆς ἐκκλησίας, quod  
etiam ad Majestatis crimen simplex referri potest: quo notantur, qui ad-  
fescant jura, prærogativam & dignitatem Imperatoris. Quemadmodum  
interpres vice versa cum in Nov. 134. c. ult. idem vocabulum reddat gene-  
rali vocabulo Crimini Majestatis: intelligit tamen ibi perduellionem, arg.  
l. ult. h. r. collata cum d. c. ult. Sed ne in his speciebus justo longiores  
simus, finiamus sanè hic caput primum l. Julia, vel potius species  
crimini perduellionis, quas, si ita cui videretur, forsan haud diffi-  
culter sub istum ordinem revocare liceret: quod crimen perduellio-  
nis committatur vel adversus Rempubl. vel adversus ejus fulcra, &  
adversus hæc vel mediata vel immediata, vel committendo vel  
omittendo, & manu & consilio, & cum armis & sine armis, confer  
l. 16. de pæn. & l. 3. ibi, facere curaverit h. r.

XXXI.

Sequitur alterum caput, quod crimen Majestatis in specie di-  
ctum completitur; Quo tenentur ex l. 6. h. r. (1) Is, qui status  
aut imagines Imp. jam solemniter in honorem ejus consecratas  
l. 2. c. de stat. & imag. confaverit, id est, fuderit & ad informem  
massam redegerit. (2) qui eas vendiderit. l. 5. in fin. l. f. ubi Glos.  
in verbo nondum consecratas h. r. nec obstat exemplum Falanii apud Ta-  
cit. 1. A. 73. quod Gothofr. ibi annotavit, quia & illud de non conse-  
cratis loqui verisimile est. Rationem more suo exactam suggerit  
Amplis. Dn. D. Finckelthaus conclus. 4. de crim. les. Majest. lit. F. cum  
enim ignominiosum sit, privati alterius detrahere statuis l. 24. de pæn.  
Multo magis Cæsareæ Majestati atrocissima ea in re injuria infertur.  
Adde quod & olim & etiamnum statuarum ista revulsio aut con-  
taminatio seditionis & rebellionis veluti facem & vexillum præ se  
ferat. Tacit. 1. hist. 41. & passim. (3) qui simile aliquid ad igno-  
miniam Imp. in illis admiserit, veluti si eas deiecerit, l. 6. & ult. h. r.  
Frauenburg. de C. L. M. th. 45. vel statuis Imp. caput dempserit, ut alte-

Ad l. 6. ff. h. r.

De modis  
quibus crimines  
Majestatis  
in specie d.  
contrahitur  
tam Græcis

D 3

rius



Ad l. un. C. si quis Imp. maledix.

rius imponeret. Suet. in Tiber. c. 58. forte privati aut suspecti, ne pugnet cum relatione Taciti 1. A. 74. & l. 7. in f. b. r. (4) qui ex proposito contumeliosa in Principem verba protulerit. l. un. C. si quis Imp. maledix. Quanquam enim lubricitas lingue l. 7. §. 3. b. r. Tacit. 4. A. 34. (ut erat eorum inconsiderata lubricitas, qui malignitatem temporum principibus solebant imputare. Lips. in not. ad c. 1. l. 2. pol.) Quia & vana a sceleris dicta a maleficiis differunt. Tacit. 3. A. 50. maxime injuria lacessita, (facit l. 5. ad l. Pomp. de parricid. l. 14. §. 6. de Libert. l. 38. §. 8. ad l. Iul. de Adult. quo sensu Protopol. Lagus ignovit irritato Grammatico, qui incertitudinem patris ei objecisset. Plutarch. de cohib. iracund.) aut infantiam, prop. ad. ll. in poenam trahenda non fit: Tamen Principis solius est hac de causa judicare & ex personae habitudine motuque arg. l. 6. in fin. C. de his qui ad Eccles. constituere, an praetermitti dictum debeat: an exquiri. Principibus enim fama minime est negligenda. Senec. l. 1. de Clement. c. 15. Tacit. 4. A. 38. & 40. Arist. 4. Pol. 8. Aliter Cuiacius ad Paul. 5. sent. 29. ubi Modestinum in l. 7. §. ult. h. t. putat scripsisse verbo vel violatis statuis: Tribonianum vero imperite mutasse, factis vel violatis statutis. cum factum satis comprehendat statuas violatas. At ne sic quidem accuratior esset oppositio generis unius & ex altero genere specierum duarum. Insuper notum est, vel, pro veluti, declaratiue: itemque, pro conjunctione etiam sapenumero, adhiberi.

XXXII.

(5) Crimen Majestatis in specie dictum committere intelligimus eum, qui ad Ecclesias asyli causa confugientes abducit. l. fidei. 2. C. de his qui ad Eccles. confug. Neque enim hoc etiam ad securitatem tam reipubl. quam privati facinorosi pertinet: & principis prohibentis vilipendium: Unde etiam reus non ordinaria poena C. L. M. afficitur: sed deportationis l. 2. C. de Crim. sacrileg. Gothofr. ad d. l. (6) Horsum etiam referimus casum, si quis privatos carceres exerceat; l. un. C. de priv. carcer. l. 1. C. de Cohort. C. A. th. 3. n. 25. Male autem Exceptionis loco adfertur. l. 25. pr. & §. 12. ad l. 1. de Adult. ubi Adulter in aurophoeo deprehensus per 20. horas derineri potest ad inducendos testes, qui illum in facinore deprehensum esse attestentur. d. l. 15. §. vlt. Farinac. pr. Cr. q. 27. n. 21. & DD. comm. Neque enim vel haec, vel alia ibidem adducta de regula sunt. (7) Denique si quis monetam cudat, cui id specialiter permiffum non fit l. 2. & vlt. C. de fals. monet. 2. F. 56. N. N. An. 1551. §. so haben wir &c. aut alia Majestatis





152

statis jura usurpet. ut (8) Encaustum, l. 6. C. de divers. rescript.  
(9) Dignitatem & prerogativam loci indebitam. l. 1. C. ut  
dignit. ord. serv. Bod. 2. de Republ. 5. & quem casum plerique solent præ-  
termittere, (10) Si qui iudices perfecto, publicis pecuniis,  
opere, suum nomen sine mentione Imperatoris inscripserint.  
l. 10. C. de oper. Publ. Referunt huc etiam. (11) Salvi conductus  
violationem, maximè si Princeps aliquem in gratiam receptum  
pace perpetuà muniverit, per l. 4. f. l. 31. de pen. P. Greg. Tholof. 35. synt. agm.  
9. n. 2. P. Theod. disp. 5. th. 5. E. F. conclus. 4. Quod illis textibus non satis  
probat. Item (12) Si quis pro facinoroso intercedat, per  
l. 5. §. 2. C. h. r. C. A. h. r. th. 3. fin. Cic. Orat. pro Syllā. c. 2. ibi, in hoc crimine non  
solum levitatis est culpa, verum etiam quadam contagio sceleris, si defendas  
eum, quem obstrictum esse patriæ suspicere. Hinc Tacit. 3. A. 62. Ne quis ne-  
cessariorum jureret periclitantem, Majestatis crimina subdebantur, vincu-  
lum & necessitas silendi. Sed hoc Gruter. discurs. 5. in Tacit. §. 1. de jure  
& consuetudine bonorum Principum asseri posse negat. Cum l. 5. §. 2.  
C. h. non diferte dicat Majestatis eos teneri, qui pro facinorosis inter-  
cedunt: sed notabiles esse debere. Bocer. class. 4. disp. 15. th. 46. & pluri-  
bus præterea exemplis doceri posset etiam in Crimine L. M. modera-  
tiores potestates admisisse intercessionem cognatorum. Tacit. 3. A. 12.  
& 22. Item 4. A. 32. Inprimis verò arridet generosum Henrici I V.  
Galliarum Regis responsum, quo hanc rem ita temperabat; peracto  
semel Majestatis reo, amplius eniti, aut intercedere neque patri pro  
filio, neque uxori pro marito, aut contra per ll. licere. cepta autem vel  
durante cognitione facilius deprecantibus ignosci. Thuan. lib. 128.  
Ann. 1602.

XXXIII.

Multò autem minus hoc crimen contrahitur (1) si quis statuas *Quam appa-  
rentibus.* Imp. reprobatas confaverit. l. 4. §. ult. h. r. ut enim consecratio demum  
statuas facit sanctas atque inviolabiles: Ita earum reprobatio omnem  
ipsius cultum & honorem adimit. Nec (2) si quis statuas Imperato-  
ris nondum consecratas vendiderit. l. 5. §. 2. h. Itaque Tiberius Cæsar  
L. Ennium Equitem Romanum Majest. postulatum, quod Effigiem  
Principis promiscuum ad usum argenti vertisset, inter reos recipi ve-  
nit: Tacit. l. 3. A. 20. ubi A. Capito, qui per adulationem contrarium dif-  
ferebat, bonas domi artes debonestasse hac adulatione, declaratur. Neque  
(3) si quis statuas Imper. vetustate corruptas refecerit. l. 5. h. Nec (4)  
qui



381  
qui lapide fortuito jactato statuam attigerit. Nec (5) si quis sine dolo aut proposito per lubricitatem linguæ nomen Imp. lacessiverit. l. 7. §. 3. h. l. un. C. si quis Imp. maledix. Nec (6) si iudex contra Constit. Principis pronunciauerit l. 1. C. h. t. Nec (7) si per nomen Principis in consultiõ jurauerit. l. 2. C. h. & l. 2. C. de reb. cred.

XXXIV.

Quæ omnia tam sollicitè repetere volumus, eo potissimum sine, ut appareret, quam anxie boni Imp. & J. C. cordati hoc egerint, ut plerasq; omnes hujus criminis sive species s. formas etiam in animo quandoque caractere differentes exprimerent, eoque aniam procacitati delatorum adimerent, qui morem & l. accommodantes prout conducit. Tacit. 12. A. 6. aliorum opibus inhiantes & locupletissimum quemque in prædam corripere, ut ait Tacit. 2. hist. 84. desiderantes, & modum culpæ ferè ex pecuniæ modo confingentes, ut qui sit locupletissimus, sit etiam nocentissimus, sui que periculi merces, ut Velleius Patercul. l. 2. loquitur: contra t. t. C. de petit. bonor. sub. Iohan. Dambond. prax criminal cap. 66. n. 2. & 3. A. Fab. C. suo lib. 9. tit. 27. desinit. 3. omnia dicta & facta civium in crimen Majestatis detorquent.

℞

Quale illud est usitatissimum, quo quis idèd, quod ab hoste rerumposito, à Dominis & protectoribus iam antea desitutus salvandarum à deprædatione regularum igitur, literas salvi conductus, aut milites tutelares & præfidiarios schrifftliche oder lebendige salvaguardien receperit, crimen Majestatis contraxisse, existimatur, cum nihil tale in superioribus speciebus inveniatur & hostilis adversus Rempubl. animus, vel dolus saltem in reo requiratur, quem plus decies J. C. hic inculcant, graviter juxta monentes: Nè crimen hoc à iudicibus in occasionem ob principalis Majestatis venerationem habeatur: sed in veritate l. 7. §. 3. h. t. facit eximie c. un. in med. 2. f. 23. ibi: non enim ad hoc sufficit omnis occasio: & iterum: Parcendum esse etiam temerariis: si non tale sit delictum, quod vel ex scriptura legis descendat, vel ad Exemplum legis vindicandum sit. d. §. 3. neque verò putandum est bonos principes facile in Exemplum ire: qui imò minuerent, non augere causas hujus criminis soliti fuere. l. 1. C. h. t.

XXXV.

De Processu  
iudicii in  
C. L. M.

Et hæc veluti ad formam criminis pertinere videntur: restat ut de ratione animæ adversionis in crimen istud, dispiciamus: quæ consistit in iudicio criminali peragendo & pœna infligenda. In iudicio peragendo attendendum & ad personas & ad processum ipsum, Vbi sanè



sanè multa à Dd. notantur singularia ; tam circa personas, quam circa processum ipsum : circa personas , inquam , & principales iudicem & partes , seu litigantes , & minus principales seu accessorias . Iudicem enim constituunt exclusis omnibus aliis, Principem solum. *H. Gigas. rubr. quis de crimine L. M. cognoscere possit. p. 140. n. 1. & seqq. per text. 2. f. 56. ubi FF. qui tamen parùm ad rem facit P. Theodor. disp. 5. rh. 7. fortius, ut videtur, argumentum sumturi essent Dd. ex d. l. un. C. si quis imp. maled. Contrarium autem suadet, cum l. 7. §. 3. b. ubi iudicibus ostenditur, atque injungitur, quid in causa & questione Majestatis spectare debeant : tùm rescipita alia ad Præfectos Prætorio & Urbi emissâ, quibus illi, quorum aliàs erat criminum persecutio l. 1. pr. & §. 4. de Offic. præf. Urb. edocentur; quemadmodum in crimine isto procedere debeant: l. 4. C. h. t. facit l. 3. C. de abolit. d. extr. av. ad reprimend. Quomodo in L. M. C. proced. l. 10. de Iuris. Nec usque praxis, uti cum plerisque arbitratur Zangerus 2. de Except. c. 1. n. 221. abhorret, si vel Germaniam nostram intueamur. vid. O. C. part. 2. tit. 20 §. 2. & 5. Heig. 1. q. 9. n. 44. & 49. C. I. A. de accusat. rh. 18. vel Galliam, ubi in causa Paris, judicant Pares: Thuan. lib. 128. aliàs M. Consilii assessores, ut in causa Guidonis Ederi Fontanella. idem d. lib. p. 983. e. aliquando Parlamenta provinciæ in qua delictum fuit perpetratum: ut apud eund. passim. In Anglia juris est Nobilibus ut non nisi coram paribus suis causam, etiam de C. L. M. dicere cogantur. id. Thuan. hist. lib. 125. conf. inf. arg. rh. 40.*

De Iudice.

Q.

XXXVI.

Porrò litigantes sunt, accusator & reus: Accusare autem possunt etiam ii, qui aliàs inhabiles sunt: l. 7. b. infames d. l. 7. milites. l. 7. §. 1. qui magis magisque, id est multò magis, seu eò magis admittendi sunt, quod eorum munus proprium sit, securitate publica & tranquillitate in vigilare. d. §. 1. servi. l. 7. §. 2. pupilli. l. 1. pr. & §. 1. de quaest. mulieres. l. 8. b. Sed an etiam uxor accusare potest maritum? Negat. H. Gigas. de C. L. M. lib. 2. q. 15. fin. cum Isernia allegat. ib. quia obligatio quam uxor habet erga virum & contra; longè anterior sit obligationi quam quis habet erga patriam: Atqui delictum hoc illam quoque obligationem seu nexum tollere videtur. Nov. 117. cap. 9. §. 1. Dn. D. Finckelthuf. conclus. 53. lit. g. Et cum Gigas in patre & filio accusationem concedat. d. lib. 2. q. 9. n. 4. per l. qui cum nav. §. qui filium de Re Milit. adde l. 35. de Relig. & sumt. fun. Novell. 115. cap. 3. §. si eos 3. quidni idem largiatur conjugibus? cum ead. & hîc regula militet: quod nemo carnem suam odio habeat: c. dilecto. de præbend.

De Accusatore.

Q.

Q.

E De





De vafallo contra dominum accusationem instituturo, minor est dubitatio. v. 2. f. 7. l. 7. §. 2. h. t. Gigas. d. lib. 2. q. 12.

XXXVII.

Et Reo.

Quoad reum, non tantum omnes accusari possunt sine ulla dignitatis aut necessitudinis praescriptione: quicumque hoc crimen perpetraverint. v. 5. th. 8. & seqq. sed & torqueri l. 3. & 4. c. h. praegnantibus tantum & aliis quibusdam ad tempus excusatis, de quibus Zanger. de quaestione. c. 1. n. 60.

XXXVIII.

Itemq. de  
testibus.

Et ad Vocatis.

Personas accessorias hoc loco dicimus, testes & advocatos. In testimonium enim hic peculiariter iterum adhiberi possunt multi qui aliam prohibentur, ut mulieres, impuberes, infames &c. de quibus Gigas. d. loc. prolixè: quanquam non omnibus idem plena sit habenda fides. arg. cap. per tuas 32. de simon. quin & servi in caput domini torquentur: uti videre est ex l. 6. §. 2. l. 7. §. 1. c. h. l. 8. §. 1. h. De advocato, an is adhiberi pro reo possit ambigitur: Nonnullis adfirmantibus pro reo sc. saltem non convicto; & advocatum & procuratorem intercedere posse, per text. in d. extrav. ad reprimendum, ibi personaliter vel legitime comparere. Quin L. M. C. procedatur. Amplif. Dn. D. Finckelthuf. d. disp. th. 57. Aliis negantibus, per l. 5. §. 2. ibi, apud nos intervenire tentaverint. C. ad L. Jul. Maj. Decian. 7. tr. Crim. q. 47. n. 8. Enimvero cum prior textus de absente, arg. vocis comparere; posterior de intercessoribus potius, quam mandatis, se procuratoribus aut advocatis loquatur: admittenda videtur iterum conciliatio Farinac. q. 118. n. 29. qui non tantum distinguit inter reum convictum, pro quo nullus omnino advocatus admittatur: & eum de cujus causa adhuc tractatur: sed & isto casu limitationem adhibet, ut licentia principis impetrari prius debeat: qui nunquam soleat parasitatus & consultores petentibus denegare. Tamen si & hunc denegatum legamus Bironio, apud Thuan. An. 1602. lib. hist. 128.

XXXIX.

De Processu.

Jam, quod ad processum attinet: quanquam in manifesto crimine reus quis fiat ipso facto, etiam ante sententiam. Extrav. quoniam Qui sint rebelles. in eo tamen, quod probationem desiderat, processus nequaquam omittendus est. Farinac. q. 113. n. 85. qua distinctione controversiam, an in crimine perduellionis confiscatio bonorum fiat ipso jure, à die sceleris contracti, nec ne? etiam componit Dn. D. Franzk. exerc. 14. q. 7.



9.7.n.16 & seqq. Qui vel primæ instantiæ intelligitur, vel secundæ: Atque ille qui dem est summarius, per accusationem, inquisitionem, seu denuntiationem instituendus *Vvesenb. de accusat. n. 2. d. Cost. ad reprimendum. Extrav. Q. in L.M.C.P.* neque tamen substantialia iudicii iure. G. introducta, omittenda sunt, *de quibus in Clem. sepè. de V.S.* Unde meritò dubitatur an ad nudam filci procuratoris delationem processus decernendi sint, ad videndum se declarari reum L. M. & fieri immisionem in bona? Quod æquius est non admitti: nisi prævia inquisitione de crimine satis evidenter constiterit. l. 3. C. b. Bodin. 2. de Republ. c. 5. Quin potius citatione facta, d. Extrav. ad reprimendum. ibi: per nuntium sive literas, sive per edictum. Clement. pastoralis. 2. §. ceterum defectus. de S. & R. I. libellus accusationis, quo omnino opus est, l. 3. C. b. ibi: accusationem suam: accusare enim nihil est aliud, quam per libellum aliquem deferre: Bart. L. de Penna & alii citati ab Hieron. Gigante d. rubr. q. 2. Decianus lib. 7. c. 44. licet non solenni per d. Clem. sepè: Amplif. Dn. D. Finckelthaus, d. disp. th. 54. conf. Wesemb. in parat. ff. de Edendo n. 6. ibi: non tamen semper: & ibi: quemadmodum cum per modum inquisitionis: Dis. videtur Gigas q. 7. qui libellum in forma ineptum etiam in hoc crimine reiici statuit: reo est communicandus: ut is non quidem, solenniter litè contestetur d. Extrav. & d. Clement. sepè: Dn. D. Finckelthaus, d. lo. th. 55. adde quod eius nec Clement. pastoralis mentionē faciat congruè tamen possit respondere, d. Extrav. ad reprimendum, ibi, velle fore legitime contestata: Conf. l. 1. pr. C. de lit. contest. Gigant. d. tr. q. 21: n. 5. & deinde ad receptionem testium & eorum publicationem & sequentia: nec non ad definitivam sententiam & eius executionem procedatur. text. in d. Extrav. ad reprimendum, ubi excipitur casus rei per contumaciam absentis. quomodo in Bohemia An. 1547. cum ob Rebellionem complures ex Nobilitate in jus vocati non comparuissent; pœnas perduellionis omnes commisisse, pronunciatum est. Thuan. lib. 4. p. 125.

XL.

Secunda instantia etiam à nonnullis reo conceditur, quod appellandi facultas nullibi adempta ei legatur. *Treutl. cum alleg. 2. d. 33. th. 2. lit. a.* Sed contrarium docet l. 6. §. 6. ibi *seditio factio. De injust. rupt. irrit. f. r. l. 1. §. 2. Que sent. sine appell. O. C. p. 2. tit. 28. §.* Item nach deme. N. A. An. 1530. Item als jetzt ertlicher zeit. Ac stultum esset vel dubitare hac de re; si quidem communis Dd. sententia supponatur, quod in hoc crimine solus princeps sit iudex competēs. s. thes. 35.

E 2

per

Instantia prima.

154

2

2

2



per l. 1. §. 1. à quib. appell. non licet. Id tamen omne de reo convicto & manifesto intelligendum videtur per d. l. 6. §. 9. ibi, *Laro manifestus, seditio prærupta: facit l. 16. de appellat.* Quo casu non in hoc solum, Dn. D. Finckelthbus. th. 61. sed imò in aliis etiam criminibus apertis, reos statim, atque demto appellandi beneficio, puniri publicè interest. d. l. 6. §. 9. l. un. inf. C. de rapt. virg. l. 1. C. de fals. monet. l. 6. C. ad L. Iul. de Vi l. 3. C. quor. appell. non recip. conf. B. ad Tr. d. lo. Secus autem est si fuerit, vel etiam accusator iniqua sententià iudicibus inferioribus fuerit gravatus. quorsum plerq. dissidentium argumenta possunt referri.

XLI.

De Pœnis  
C. L. M.

Et hæc veluti ad formam, cum criminis, tum iudicii è crimine descendentis, spectare videntur: Superest, ut de effectu utriusque, hoc est, pœnis & earum executione breviter dispiciamus. Pœnæ Majestatis, ut Tacit. 4. hist. 42. loquitur, sunt vel graviore in graviore perduellionis crimine: vel remissiores, in crimine L. M. simplici & leviore. Pœnæ perduellionis afficiunt vel reum ipsum, vel ipsius etiam quadantenus liberos. Reum inquam tam in corpore, tam in bonis & famæ & fortunæ. Ita etiam Bocerus ferè cl. 4. d. XI. th. 36. 44. & 50. quem tamen pœnas damnationis memoria & publicationis bonorum confundere, tradit Præclariss. Dn. D. Finckelthbus. th. 30. Quod ad pœnam corporalem: Olim quidem post L. Porciam, quæ omnibus capitalis noxæ damnatis civibus exilium permisit, v. iterum Rosin. 8. Antiq. 2. videretur pœna fuisse mitior, aqua & ignis interdictio, Wesemb. cum alleg. in parat. h. t. n. 7. (ubi tamen id non benè probat ex l. 7. §. ult. h. r. nam nec Modestinus de pœna, uti Wesemb. cum allegat: sed de crimine violatarum statuarum & imaginum Pr. loquitur: quod utique in militibus acerbius forsitan vindicatum fuerit, quam in paganis l. 24. de pœnis, quæ ejusd. Modestini est & aliàs de C. M. simplici accipi solet P. Theodor. d. d. 5. th. 6. a. l. 9. C. de Re Mil. In reliquis speciebus etiam ævo ICtorum pœna illa acerbior, popularis & promiscua fuisse videtur. l. 8. §. 2. l. 38. §. 1. & 2. de pœn. P. Fab. 2. semest. 3.) Postea autem, à fevrioribus Majestatis vindicibus, increbrescentibus seditionibus & motibus rursus introducta gladii pœna. l. 5. pr. C. h. vel qualiscunq; animadversio, animæ amissionem inferens §. 3. I. de P. I. quæ etiam ad disseccionem virorum & suffocationem mulierum; non solum consuetudine: ut Bocer. d. lo. th. 39. tradit: sed & expressa Constit. Caroli V. act. 12. 4. porrecta fuit: maximè in prodicio-

nis



155  
nis scelere, aut speciebus gravioribus: nam & hinc utique circumstantia & mitigationem & exasperationem solent persuadere. C. I. A. h. tit. 1b. 10. v. de pœnarum varietate Zierizium & alios ad d. art. 124. P. Gregor. 35. syntagm. c. 1. n. 9. & 10. de Anglia. Thuan. lib. 86. in A. 1586. de Gallia eund. lib. 134. in An. 1605. & alibi passim.

### XLII.

Secundùm corporalem isthanc pœnam, infamia quoque reum sequitur l. 28. §. 1. de pœn. l. 7. de publ. jud. & in memoria defuncti damnatur. A. B. tit. 24. §. Wir wollen auch: ibi: Der Todte vnd sein Nahme verbambt sey mit setner Gedächtnuß. v. de processu in casu isto. H. Gigant. lib. 2. q. 27. & 28. & memorabilem sententiæ huiusmodi condemnatoriæ formulam, in causa Casparis Colini apud Thuan. lib. 53. & Iohannis Castellionis. lib. 112. Ostenditur autem condemnatio ista vario effectu rituque. veluti quod nomen rei ex albo & catalogo virorum honoratorum deletur l. 24. de pœnis insignia honoris convelluntur. d. l. 24. l. 11. §. 3. de his qui not. infra. Parlador. l. rer. quorid. 21. Gail. 2. de P. P. c. 9. n. 34. ædes subruuntur & nominis velut in fausti usurpatio gentilibus interdicitur: exempla v. apud Livium lib. 6. c. 20. ubi de Manlio: Tacit. 2. A. 32. ubi de Libone Drufo. Thuan. lib. 124. in A. 1600. ubi de Ruuenis Scoria regulis. nec lugere fas est mortuum l. 11. §. nō solent. de his qui not. inf. Val. Max. lib. 2. c. 7. quod sub Tiberio maxime vetitum. Sueton. in eius vita. c. 51. Gruter. discurs. 50. in Tacit. ubi huc etiam trahit l. 35. de religiof. & sumt. fun.

### XLIII.

Quantum ad bona fortunæ, ea regulariter omnia fisco applicantur. Corporalia & incorporalia, ut jura l. 5. §. 6. & 7. C. h. l. i. C. de bon. liberr. etiam sepulchrorum l. 1. §. 3. de suis & legitimis. Emphyteutica Ecclesiastica tum demum, si pactum intercessit, ut ad omnes heredes extraneos transeat Nov. 120. c. 6. §. licentiam. Dn. D. Finckelth. rh. 26. lit. B. In feudalibus interest, an crimen commissum sit in dominum feudi, an adversus alium: Priori casu, (ut ut alii v. Obrecht. n. 4. f. 9. n. 113. subdistinguant inter feudum novum & vetus; ut hoc domino quidem aperiatur 2. f. 24. vers. denique. sed tamen post mortem delinquentis ad proximos agnatos transeat 2. f. 78. & 83. de quibus v. C. I. A. h. tit. rh. 10. n. 3.) indistinctè putamus feudum ad dominum cum effectu devolvi, per d. text. 2. f. 24. §. deniq. 3. 2. f. 37. l. f. 5. Const. Pacis P. de A. 1548. E 3 rubr.



*rubr. die Poen der Friedbrecher: ibi: auch die Lehen/ so viel die ober-  
 fahrer deren gebrauch/ dem Lehen Herrn vorfallen sey: posteriori verò  
 disertè distinguitur 2. f. 24. §. deniq; vers. si enim non in dominum & 2.  
 f. 38. vers. quia tamen erga dominum non fuerit facta: an feudū fuerit no-  
 vum, an verò paternum: Ut novum quidem, quocunq; modo  
 caducum fiat, non ad agnatos, sed ad dominum revertatur: P. Theo-  
 dor. disp. 5. Coll. Crim. th. 6. lit. D. Schröter. disp. feud. 8. th. 24. c. 1. 2. f. 44.  
 & cap. 1. 2. f. 38. In paterno autem exclusis iterum liberis, vocentur  
 agnati proximiores 2. f. 24. §. ult. & 2. f. 37. olim quidem ad quartum  
 usque gradum, quo pertinet 2. f. 26. §. si vasallus culpam, juncto §. 1. 1. f. 8.  
 hodie verò etiam usque ad infinitum, uti habet text. 2. f. 31. quos Iacob.  
 de Belyso & eum sequuti malè exclusivè intelligunt v. Gothofr. Antonii  
 disp. feud. 12. th. 3. v. Obrecht. 4. feud. 9. n. 136. Schröter. disp. feud. 8. th. 28.  
 proximiores ex LL. 2. f. 37. h. e. quos nemo antecedit. l. proximus 92. de V. S.  
 Quid dicendum in bonis Majoratui subiectis: quibus plerumque ea  
 clausula inferitur, ne ullatenus possint alienari obligarive: ne qui-  
 dem crimine isto contracto: Negabimus, per ea quæ in simili tradit.  
 Arius Pinellus lib. 1. part. 3. n. 84. C. de bon. matern.*

*Q.*  
*Q.*

XLIV.

*Ad l. 5. §. 1.  
 C. b. r.*

Non solum autem ipsimet facinorosi hoc pacto puniuntur, sed  
 & eorum liberi, durius tamen filii, lenius filiae: Filii non quidem  
 in corpore poenam sentiunt, hæc enim ipsis ex gratiosa dispensatio-  
 ne remissa est: sed in bonis tamen & fama. Aliter Dn. D. Finckelth.  
 qui novem genera poenarum recenset th. 32. Bona intelligimus non qua-  
 sita, sed quaerenda arg. l. 5. §. 1. C. b. r. eaque vel ex successione cogna-  
 torum sive testamentaria sive legitima, vel extraneorum testamen-  
 taria. Et quidem in legitima successione, non fiscus, sed proximio-  
 res cognati surrogantur: arg. l. 19. C. de collatione. Sed in testamentaria  
 distinguendum esse videtur an legata relicta sint, an tota hereditas:  
 Legata apud heredem manere putamus, sine onere, quia filii isti non  
 tam indigni sunt, quam incapaces. v. C. I. A. de his quæ ut indigni th. 1.  
 Bachov. 1. d. XI. th. 2. lit. g. & th. 3. B. Hereditates verò aut substitutis  
 aut aliis successoribus deferri: pro non scriptis enim habentur. l. 12.  
 de his quib. ut indigni. l. un. §. 3. C. de caduc. toll. C. I. A. de SCro Syllan. th. 2.  
 conf. Dn. D. Finckelth. th. 33. ad contraria Resp. Bachov. d. d. 32. th. 1. f.

XLV.

Sed & infamiae poena comitatur filios d. l. 5. §. 1. in f. C. b. r. ita ut  
 nec



156  
nec ad togates nec militares dignitates possint evehi: d. § 1. Rationes, quibus harum pœnarum extensio, nititur, vide accuratè disputatas apud Bachov. 2. d. 32. th. 1. k. quamquam eas non usque observari Dd. tradant. v. *Clarum*, §. *Sentent. §. Laesa Majest. n. 12.*

XLVI.

Quod ad filias attinet: quia illæ propter sexus imbecillitatem minus ausræ creduntur, d. l. §. 3. f. à paterna successione quidem; non verò itid. à materna profus excluduntur, sed legitimam suam, que hoc loc. ut & alibi l. 31. C. de inoff. testam. v. C. I. A. ad L. Falcid. th. 3, n. 2. Falcidia dicitur: salvam habent: d. §. 3. ubi particula taxativa tantum, videtur easdem etiam remove à successione cognatorum & extraneorum. Ampliff. Dn. D. Finckelth. th. 45. quamquam hujusmodi hereditates, non æque ut Usufr. sub conditione, ut filiabus reserveretur, uxori relictus, d. l. §. 5. ad fiscum: sed ad proximos cognatos pertineat. v. B. d. d. 32. th. 1. in f. p. 1236.

XLVII.

Extra liberos autem primi gradus l. 6. de testam. tut. Finckelth. th. 42. nec uxores doris, aut Usufr. donationis propter nuptias: multò minus parafernalium jacturam patiuntur. d. l. §. 5. H. Gigas. lib. 3. q. 18. nec cognati alii; uti quidem olim, Sueton. in Tiberio c. 61. in Nerone c. 36. & c. dispendium ullum l. sancimus 22. C. de pœnis. Adeoq; consuetudo Mediolanensis à Philippo Duce introducta, & nostris aliquando temporibus usurpata, toto cælo iniqua est, qua cognati usque ad quartum gradum vim pœnarum Majestatis sentiunt. teste Bossio tr. de C. L. M. n. 56.

XLVIII.

Denique levior pœna est Criminis L. M. in specie dicti: <sup>Ad l. ult. ff. b. t.</sup> Ubi enim (1) crimen mortalitate extinguitur. pr. l. ult. b. t. seu ut habent verba *fin.* reus morte crimine liberatur. Quæ verba potius de Morte naturali aut extra supplicium, quàm per supplicium contingente sonant, uti manifestum est ex illis pr. verbis: *is qui in reatu decedit*: quod secus est in reis ex primo capite. uti d. s. th. 42. Nam etsi post obitum demum eorum maleficium detegatur, hereditas tamen fisco vindicatur, d. l. ult. & nomen defuncti damnatur. Menoch. conf. 99. num. 53. Neque (2) semper capitalis est simplicis Majestatis criminis pœna: sed



na: sed sæpè de portationis aut relegationis pœna, pro ratione circumstantiarum d. l. 24. & 40. de pœnis infligitur. *conf. Bocer. d. cl. 4. d. XL. th. 40.* Neque (3) bona rei publicantur aut memoria damnatur *arg. d. l. ult. P. Theodor. d. disp. 5. th. 6. lit. C. ubi ad contraria respondet: Quin* (4) nec pœnæ ad liberos extensio, in hac specie obtinere videtur, *uti quidem arbitratur Bocer. d. lo. th. 50. & præcedd. art. l. 5. C. h. t.* Crimen illud gravius potissimum designet.

XLIX.

*Contraria.* Cæterum aliquando etiam planè tollitur pœna huic crimini præstituta, Veluti (1) Criminis istius revelatione ab aliquo è complicitibus facta. quæ si in exordio statim fiat, non solum veniam sed & præmium meretur: *exemplum illustre de N. Polinio conjurationem Parisiensem in Henricum III. conceptam revelante, & præmio XXCID. aureorum remunerato vid. apud Thuan. lib. 90. Anno 1588.* Si verò serius, & communicata jam operâ fiat, pœnitentiâ fortè subeunte: revelatio veniam solam & absolutionem adfert. *d. l. 5. §. ult. C. h. t.* Exemplum notabile iterum occurrit in conjuratione Bironiana adversus Henricum IV. inita, ubi licet Jacobus Lafinius criminis delator, vel ex proprio testimonio etiam præcipuus scelerum minister appareret; adeoq; nonnulli Senatores in eum etiam animadvertendū esse censerent: Explosa tamen fuit ea sententia: quod in crimine tam atroci, semper visum esset prudentibus æquissimum, ut summa festinati iudicii esset prærogativa & conscii ad revelationem paratæ veniæ præmio invitarentur, *inquit Thuan. lib. 128.*

I.

Cessant etiam pœnæ supradictæ (2) si Princeps alicui criminis hujus gratiam fecerit: Quomodo id. Henric<sup>o</sup> IV. non Bironio solum primæ, sed & tertîa vice Arverno Comiti, nequicquam reclamante Senatu Parisiensi criminis hujus gratiam fecit *ap. eund. Thuan. lib. 134.* Quamvis enim abolitio hujus criminis non dari dicatur *l. 3. C. de abolit. qua præcipuè nititur dissentiens H. Gigas lib. 2. q. 17. n. ult.* Id tamen de abolitioe propriè d. accipiendum est, quæ fit à præside *l. 1. §. 8. l. 10. pr. h.* aut alio iudice in cuius officio instituta erat accusatio *l. 2. C. de abolit. l. 16. C. de adult. non de indulgentia speciali, quæ ab illa separatur & plenissimam securitatem tribuit l. pen. C. de calumn. Diss. aliter Serres in Henrico IV. An. 1602. p. 744. qui abolitionem criminis Bironio primitus concessam, nullius momenti fuisse iudicat, eò quod Curia non fuerit infl.*



137  
insinuata: addit a ratione generali, puisque l'abolition d'un crime, qui est  
au dela de tout pardon ne depend pas du Roy, qui ne peut donner le sang de  
ses subjects, ni laisser en hazard le salut de tous, pour le salut d'un seul.  
Unde postmodum sectatoris Bironii, Baronis Luxii abolitio, à prin-  
cipe eodem concessa, Parlamenti Parisiensis actis fuit insinuata. id.  
Serres *ibid* pag. 775. ut & diploma abolitionis ab eodem Rege, Hen-  
ricæ Balsacæ Vernolii Marchionis concessum, apud eundem in An-  
no 1605. quanquam id factum in varios sermones incidisse memo-  
rat Thuan. *lib.* 134. Quin & si (3) pacto vel transactione crimen  
hoc alicui princeps remisit, stare eidem tenetur. *arg. l. 2. C. & l. 16.*  
*de transact.* utcumque publicè interfit tam atrocia sceletra puniri. v.  
Hunnium *tr. de pactis c. 3. q. 15. ubi exemplum elegans è Dione lib. 56. re-*  
*fert, de Carocota insigni prædonum duce, qui, cum Augustus in caput ipsius*  
*ingentem pecunie summam pepigisset, seipsum obtulit & ex edicto pecu-*  
*niam consequutus est.* Imò & privatum accusatorem de crimine ist.  
hoc transigere posse, multi contendunt, quoniam illud à regula  
*l. 18. C. de transact.* non inveniatur exceptum: quod alii negant,  
quia conficius criminis eadem pœna maneat. *Arum. disp. ad. d. l. 18.*  
*th. 33. cum alleg.* quid quod hoc crimen est inter excepta vel præci-  
puum, adeoque sub generali L. depositione nunquam continetur.  
P. *Theodor. disp. 1. th. 22.* Quanquam iterùm distinctio inter crimen  
certum & dubium adhibenda esse videatur: ut priori casu trans-  
actio nulla sint: posteriori verò in persona rei hunc effectum  
habeat, ut actor transigens eundem amplius accusare non possit.  
*l. 2. ad SC. Turpil.* neque reus idèd pro confesso habendus sit: in per-  
sona verò actoris, ut transactionem impunè ferat, nec in SC.  
Turpilianum incidat. *l. ult. de prævaricat.* Quod in facinore certo &  
explorato dicere grave est: cum conficius criminis, si non pœna  
L. M. uti. *Bartol. ex l. 5. §. 6. C. h. r.* voluit: at arbitraria saltem punien-  
dus sit, uti cum Bl. sentitiplè *Dn. D. Finkelth. th. 22. per Nov. 117.*  
*r. 8. vers. si contra Imperium.* Quod autem (4) *Vvesemb. in parat. de*  
*pœnis n. ult.* præscriptione 20. annorum omnium criminum pœnas  
eludi tradit: id meritò in hoc æquè ut & aliis gravioribus crimini-  
bus exceptionem patitur. *l. ult. ad L. Pompej. de parricid. H. Gigas lib. 1.*  
*q. ult. & lib. 3. q. 29.* quanquam id limitet in quæstione post mor-  
tem instituenta, cujus fatalia quinquennio circumscribit. *lib. 1.*  
*q. 23. v. Gorbhof. ad l. 2. C. de Apostat.*

F

Hono.





Honori Præstantissimi & Doctissimi Domini Respondentis, JOH: HENRICI SCHILLII.

**N**Ostri primus apex pectoris, integer  
Vita SCHILLIUS, ac Aonii chori  
Vel furis decus ingens,  
Vestem militis induit,

Dum, metatus agros, quos sibi vendicat  
Seu Martis tuba, seu tibia Palladis,

Quid Metata valerent,  
Nuper disseruit bene.

Sed de crimine, quo gloria Principis  
Summi laditur, hic jam quoq; disputans  
Certamen ciet; ergo  
Vestem militis induit.

Miles strenue, quam nuper eras bonus  
Metator; precor, ut tam bonus hinc sis  
Pugnator: tibi Phæbus  
Et tradet Themidis togam.

Fausti ominis ergo acclamat

Joh: Matthias Schneuber.  
P. L.

Ergo



158.  
ERgo iterum cathedram ascendis doctissime SCHILLI

Ad dissolvendas juris in arte plicas?  
Non abs re, suaves tandem experire laborum

Fructus, quos largè largus Iôva feret.

Officio dignus quando cenferberis esse

Præstando: quod pol non sine laude geres.

Hæc ubi scripta probè benè transportabis ad usum,

Praxis id efficiet, cognitio quod ait.

Macte pia virtute nigroq; simillime cygno.

O SCHILLI: sic sic fama decusq; venit.

Ardua quæq; labor superat virtutis in arcem

Non nisi devicto, scandimus ante, malo.

Qui tibi principium & medium dedit ergò, paratas

Ad finem, vires sufficiatque, bonum.

JOHANN: ULRICUS Dürri/

Sphalmata extantiora,


Quæ per adversari Dn, Præfidis valetudinem irrepsère:

B. L. haud gravatim ita emendabit.

*Thes. 4. med. pro dictum: lege, dicta. Thes. 10. n. 4. non ante, sed post  
vocem, Imperatoris, signanda erat Parenthesis. Thes. 11. ita legendum.  
subiecti, h. e. vocis quisquis in l. 5. C. b. r. generalitatem. ead. Th. pro vincium,  
lege, ductum. ead. pro necdum, l. ne dum. Th. 14. post med. pro si qui. l. si quis.  
Th. 17. l. 15. C. de Episcop. & Cler. Th. 22. pro fuerit. l. fuerunt. Thes. 24. pro  
sequantur l. sequuntur. Th. 25. fin. pro rebellis, l. rebelles. Th. 38. pro manda-  
tis sc: l. mandataris seu. Th. 41. pro tam. l. tum. Thes. 44. pro sint. l. sive.  
Th. 45. pro rogatus. l. togatus. Th. 48. pro ubi, l. ibi. ead. Th. pro ant. l. cum.*

SOLI DEO GLORIA,







X 2615926


VDA7











*su Omnia Tribuente.*

36 137.

# RATITLA

*Opus*

L. Juliam Majestatis :

16366.

*Corruptelis Pragmaticorum &  
atoris competitorum artibus,*

Atque

SUB PRÆSIDIO

*ssimi & Consultissimi Viri,*

## ANNIS OTTONIS

J. U. D. & P. P. Dn. PRÆ-

, PATRONI, & FAUTORIS

TERNUM SUSPICIENDI,

VENERANDI,

ce & Solenni disceptationi  
proposita

*ad Diem 9. Decembris*

à

NRICO Schill / Durlaco-  
Marchico.



ANNIS REPPIL.

DC. XXXVI.